27
140

Est. 27
N.º 140

R.14
6/6

lira ... 10

et tanquam
sol ...
...miss quo
...iestiam
eius
pan
...ones . Guillmus
...pen ea restituere credendo ...
...phit suum Jus vendere
... dies post requisitionem eius
...stationem . et ... eam dno ...
...ri ... integre p solu...
...abat ab om... ...cramente
... licuat dno ...
...ine pen et ...

TRACTATVS

DE EFFICACIA CONTRITIONIS.

R. P. FRATRIS IOANNIS BAPTISTAE Bottarelli a Floriano Aretino, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Profeſſoris.

Del Colegio de las Becas

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. MAR. ANTONIVM A COLVMNA,

S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem Ampliſſimum, Epiſcopum Præneſtinum.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA



VENETIIS, M. D. XCI.

Apud Ioannem Baptiſtam Sommaſcum.

AD ILLVSTRISS.
ET REVERENDISS.
D. D. M. ANTONIVM
A COLVMNA.

S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem ampliſſimum; Epiſcopum, Præneſtinum, & D. meum Colendiſſimum.

MITTO ad te, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine, per breue hoc meum Opuſculum, quod de Contritionis efficacia, conſcripſi. Cuius mihi lucubrandi operis occaſio fuit, tum ſermo cum Illuſtriſſimo fratre tuo D. Pompeio de Columna, habitus, cum Sublacum proficiſceremur; tum etiam permulta, quę ſunt hac de re poſtea Sublaci, coram Illuſtriſs. D. tua, interloquendum producta. Quòd ſi rem tua amplitudine non ſatis dignam reputaueris (vt ego ipſe ſentio:) memoria tibi repetendum erit, Deum quondam non ſolum aurum, argentum, purpuram, aliaque præcioſa in Sanctuarij uſum accepiſſe: verum etiam & caprarum pilos, non recuſaſſe. Chriſtus quoque, qui egregium Magdalenæ commendauit opus, quòd ſibi magni pręcij vnguento caput pedeſque perunxerit,

pauperculæ etiam Viduæ, quæ uix in templi archam duos contulit nummos, pium extulit affectum. Velim igitur hæc, quàmuis pauca, ut ab homine tibi deuinctiſſimo profecta, alacri animo accipias. Ac ſi quid erit, quod aliqua ex parte tibi gratum ſit, Deo gratias agas; ſin minus, in plura mihi in dies occurrentia, huius rei culpam omnem reijcias. Vale.

Illuſtriſſimæ & Reuerendiſs. D. tuæ
Obſequentiſſimus.

F. Ioannes Baptiſta Bottarellus de
Floriano, Magiſter.

INDEX CAPITVM
Primi Tractatus.

Cap. 1. *Priuilegium D. Petro, eiuſque ſucceſſoribus a Christo collatum.*

2 *Homo per pęnitentiæ ſacramentum, a peccato purgari poteſt.*

3 *Qua de cauſa, Author, hoc agreſſus fuerit opus.*

4 *Quid Author tractare intendat.*

5 *Cur de contritionis efficacia, tractatus inſcribatur.*

6 *Cur magis de efficacia contritionis, quàm pęnitentiæ inſcriptus ſit.*

7 *Abſque auxilio gratiæ, nemo a peccato reſurgere poteſt.*

8 *Quid ſignificetur nomine gratiæ, ac nomine ſpecialis auxilij Dei.*

9 *Gratia præueniens omnibus datur, non autem gratia iuſtificans.*

10 *Deus, quantum ex ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare.*

11 *Declaratur prædicta D. Thomę propoſitio, Deus paratus eſt omnibus &c.*

12 *Declaratur authoritas Zachariæ, Clamaui, & non audierunt &c.*

13 *Gratia incitans, ſeu præueniens ſola non ſufficit.*

14 *Cur homini imputatur, ſi gratia caret.*

15 *Homo per liberum arbitrium, aliqualiter peccati dolorem poteſt admittere.*

16 *Peccatum naturæ lumine cognoſcitur, quidue ſit illud naturæ lumen.*

17 *Lumine naturali, peccatum contra legem Dei eſſe cognoſcitur.*

18 *Gentiles peccatis Deos offendi putabant, eorumque ab eis ueniam precabantur.*

19 *Hominis pęnitentia per liberum arbitrium, oſtenditur.*

20 *Quædam prædictis obijciuntur.*

21 *Homo per generalem Dei concurſum, poteſt aliqua moralia agere.*

22 *Declaratur authoritas D. Pauli, Non ſumus ſufficientes cogitare &c.*

23 *Declaratur authoritas D. Pauli, Velle adiacet mihi, perficere autem, &c.*

24 *Superioribus obiectionibus reſpondetur.*

25 *Abſque auxilio gratiæ, non poteſt efficaciter ſe homo ad gratiam præparare.*

26 *Peccati perfecta diſplicentia a Deo nobis tribuitur.*

27 *Abſque auxilio gratiæ, non poteſt homo a peccato reſurgere.*

28 *Prædictis, obijcitur.*

29 *Reſpondetur obiectis.*

30 *Cur per ſeipſum bonum ueluti malum, efficere homo non poteſt.*

31 *Pro clariori doctrina, aliqua contra prędicta obijciuntur.*

32 *Reſpondetur obiectis.*

33 *Declaratur illa propoſitio, Facienti quod in ſe eſt, Deus paratus eſt gratiam dare.*

34 *Plura*

34 *Plura nobis præcipiuntur, quæ ſine Dei auxilio efficere non poſſumus.*

35 *Cur homini imputatur ad culpam, impotentia boni peragendi.*

36 *Congruum eſt etiam diuinæ bonitati, ut facienti quod in ſe eſt etiam per liberum arbitrium, gratiam non deneget.*

37 *Declaratur Scripturæ authoritas, Hominis eſt præparare cor.*

38 *Quod aliquis oblatam ſibi a Deo gratiam acceptet, ex gratiæ auxilio eſt.*

39 *Deus obicem gratiæ, ab aliquibus remouet; ab aliquibus uerò, minime.*

40 *Dolor peccati, & alia opera per liberum arbitrium facta; non ſunt reijcienda.*

41 *Peccator per pœnitentiam, in Dei Gratiam reuocari poteſt.*

42 *Opinio Nouati ac Montani, negantium pęnitentiam lapſis.*

43 *Opinio aliorum arbitrantium, quædam peccata prorſus irremiſſibilia.*

44 *Opinio Tertulliani, aſſerentis tantummodo ſemel peccatum poße remitti.*

45 *Opinio quorumdam Hebræorum, dicentium bis tantum, uel ter, peccata a Deo remitti.*

46 *Opinio aliorum, aſſerentium peccatorum multitudinem pœnitentiam inutilem reddere.*

47 *Oſtenditur, quòd omnes prędictæ opiniones, doctrinæ Sacræ Scripturæ, & Concilij aduerſantur.*

48 *Oſtenditur, nullum eſſe peccatum, cuius homi-*

nem penitere non poſſit.
49 Nullum reperitur peccatum, quod per Dei potentiam, deleri non poſſit.
50 Dei pietas, quauis hominis culpa maior eſt.
51 Agitur ſuper uerbis Cain, Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear.
52 Cur de uenia obtinenda, Cain diffiſus fuerit.
53 Homo Dei auxilio adiutus, pro peccatorum pœnis Deo ſatisfacere poteſt.
54 Satisfactio noſtra, quatenus ſumus membra Chriſti qui pro nobis, Dei iuſtitiæ ſatisfecit, æquiualere poteſt offenſæ.
55 Homo ob id a Deo amatur; quoniam Chriſti mēbrum eſt.
56 Satisfactio hominis, a ſatisfactione Chriſti, uim, & efficaciam habet.
57 Satisfactio noſtra, aliquando offenſa maior eſt.
58 Meritò Cain, de diffidentia culpandus.
59 Homo dum uiuit, ſemper cum Dei auxilio, peccati dolorem admittere poteſt.
60 Quodcumque hominis peccatum, per pœnitentiam dum uiuit, remitti poteſt.
61 Ne de Dei pietate diffidamus, amicorúm Dei delicta, Scriptura ſacra nobis pandit.
62 Promiſſa accomminationes Dei, iuxta uitæ noſtræ opera mutantur.
63 Deus, nemini damnationem ſuam reuelat.
64 Plures poſt Chriſti abnegationem, in Dei gratiam reuocati ſunt.
65 Authoritates D. Pauli ſuperius citatæ declarantur.

66 Cur

66 *Cur baptiſmus a D. Paulo oſtia appellatus ſit.*
67 *Tractatus peccati in Spiritum ſanctum ualde difficilis.*
68 *Quid ſit peccatum contra Spiritum, iuxta Euangelij literam.*
69 *Cur tale peccatum irremiſſibile dicatur.*
70 *An phariſæi, plenè tale peccatum incurrerint.*
71 *Quid ſit tale peccatum, iuxta B. Auguſt. doctrinam.*
72 *Cur finalis impœnitentia peccatum contra Spiritum ſanctum dicatur.*
73 *Quæ nam ſint, talis peccati ſpecies.*
74 *Cur talia peccatorum genera, peccatum in Spiritum ſanctum dicantur.*
75 *Sex ſunt, quæ ex ſui natura, hominem a peccato retrahere poſſunt.*
76 *Sex ex oppoſito ſunt, quæ ex ſui qualitate indurandi hominem in peccato, uim habent.*
77 *Alia peccatorum genera, non ita receptioni gratiæ, ueluti prædicta peccata, repugnant.*
78 *Dei pietas, etiam illis, qui talia peccata commiſerint, aliquando ignoſcit.*
79 *Quo pacto, peccatum in Spiritum ſanctum, dicatur irremiſſibile.*
80 *Cur tale peccati genus, difficilius quàm cætera peccata remitti dicatur.*
81 *Peccatum, quod ex malitia committitur: cæteris difficilius remittitur.*
82 *Cur tale peccati genus, ex malitia ſingillatim cõmitti dicatur.*
83 *Quicumque mortaliter peccat; etiam ex malitiam*

tiam peccare dicitur.
84 *Per ſolam reuelationem ſciri poteſt, aliquem tale peccatum. uerè incurriſſe.*
85 *Exponitur Beati Ioannis dictum, Eſt peccatum ad mortem, pro eo non dico &c.*
86 *Contra Tertulliani opinionem oſtenditur, quòd non ſemel tantum, Deus peccata remittit.*
87 *Declaratur authoritas Amos, Et ſuper quatuor non conuertam.*
88 *Pœnis, ſe ſponte affligere, bonum eſt.*
89 *Grauitas pęnæ, quæ culpis debetur.*
90 *Peccatorum multitudo, uim pœnitendi non aufert.*
91 *Peccatorum multitudo cauenda.*
92 *Deus in præcedentium peccatorum pœnam, aliquos in peccata ruere ſinit.*
93 *Diuina prouidentia cuilibet, tam boni, quam mali, menſuram præfixit.*
94 *Deus gratiā ſuam, qua quis ſaluari poſſit, nemini prorſus ſubtrahit.*
95 *Ob quoduis graue patratum ſcelus, numquàm de clementia Dei diffidere debemus.*
96 *Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt lapſum.*
97 *Gratia, aliter per baptiſmum; & aliter per pœnitentiam, nobis confertur.*
98 *Quæ nam ſint ſacramenti pœnitentiæ partes, declarantur.*
99 *Cur hac forma utimur, Ego te abſoluo; & non hac, Ego remitto tibi &c.*
100 *Qui nam ſit, pęnitentiæ effectus.*
101 *Quæ ſint ſatisfactionis opera.*

Quid

102 *Quid nam ſit contritio.*
103 *Definitionis contritionis, ſingulæ partes declarantur.*
104 *Attritio & contritio, in quo conueniant.*
105 *Obiectum præcipuum contriti, eſt Dei amor, attriti uerò, timor.*
106 *Contritus timore filiali, Attritus uerò, timore ſeruili mouetur.*
107 *Contritio, ſolo Dei munere haberi poteſt. Attritio uerò, ex facultate naturæ.*
108 *Contritio, ſolo ſacramento peccatum remittit, Attritio uerò, non niſi cum ſacramenti receptione.*
109 *Contritionem, ſemper comitatur gratia; attritionem uerò, minimè.*
110 *Quomodo Deus per peccatum offenditur.*
111 *Contritio, emendationis propoſitum includere debet.*
112 *Pœnitentia, ueniæ ſpem ſemper admittere debet.*
113 *Deus, quàm ſit ſalutis noſtræ cupidus, aperitur.*

Index Capitum Finis.

INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE,

quæ in hoc Tractatu, uel ex professo, uel obiter declarantur.

Ex libro Geneſis.

Cap.4. Nonne ſi benè egeris, recipies? Tra.1.c.16.30.
Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear.c.5 .76.Tra.3.c.24.
Maledictus eris ſuper terram c.95.
15. Donec compleantur iniquitates Amorrhæorum.Tra.1.c.93.
39. Quomodo, poſſum malum hoc facere, & peccare in Deum meum? Trac.1.c.103.
Ex lib. Exodi. 32. Iſti ſunt ſunt Dii tui, qui eduxerunt te.T.1.68.80.
Ex Deu. 26. Diliges Dominum Deum tuum.&c. Tracta.3.c.7.
Ex 1.Reg 12. Si peccauerit uir inuirum, Sacerdos orabit pro eo Tract.3.c.2.
Non audierunt uocem Domini, quoniam Dominus uoluit occidere eos.Tra.1.c.92.
Ex 2.Reg.12. Peccaui Domino.&c.Tra.1.c.105.107.
Dominus tranſtulit peccatum tuum. Tract.2.c.34.
Ex Pſ.4. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui. Tra 1.7.
31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino.Tra.1.c.3.Tra.1.11.12.

58 *Mi-*

58. *Miſericordia eius præueniet me.* Tract.1.8.
80. *Non audiuit populus meus uocem meam.* Tra.1.c.81.
83. *Gratiam dabit Dominus* Tra.2.c.20.
102. *Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit a nobis iniquitates noſtras.* Trac.1.c.82.
118. *Anima mea in manibus meis sẽper.* T.1.59
144. *Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.* Tra.1.c.12.
Prouer.16. Cor hominis diſponit uiam ſuã. T.1.31.37.
20. *Quocumq; uoluerit, uertet illud.* T.2.c.12.79.
Ex Eccl.3 Plura ſupra ſenſum hominis, oſtenſa ſunt tibi. Tra.5.c.16.
11. *Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem* Tra.1.49. Tra.2.c.56.
21. *Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuam* Trac.1.c.82.
Ex Sap.12. Non poterat mutari eorum malitia. Trac.c.79.94.
Nequam eſt natio & naturalis malitia. ibid.
16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam.* Tract.1.c.80.
Ex Iſa.30. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. Tractà.1.5.
39. *A facie tua concepimus ſpiritum ſalutis.* Tra.1.33.106.
3. *Non eſt reuerſa præuaricatrix Iuda, in toto corde ſuo* Tra.2.c.35.
Ex Iere.6. Luctum unigeniti fac tibi. Tra.2.c.2.20.16.
13. *Si poteſt æthiops mutare pellam ſuam, & par*

dus

dus uarietates ſuas Tra.1.c.79.
14.Noli orar. pro populo hoc,quoniã non exaudiam te.Tra.1.c 12.Tra.3.c.2.
18.Si penitentiam egerit gens illa, agam & ego penitentiam.Tra.1.c.62.
31.Poſt quàm conuertiſti me, egi pœnitentiam. Tra 1.c.26.
52.Fecit malũ Sedechias in oculis Domini,quoniã furor Domini erat contra eos. Tra.1 c.92.
Tren.1.Dominus loqutus eſt ſuper eam;propter multitudinẽ iniquitatum eius Tra.3.c. 30.
Ex Ezech Ingreſſus eſt in me ſpiritus,& ſtatuit me ſupra pedes meos.Tra.1.37.
7.Iudicabo te iuxta uias tuas.Tra.1.c.59.62.
8.Cum clamauerint uoce magna,non exaudiam eos.Trac.2.35.Tra 3.c.2.
18.Numquid uoluntatis meæ, eſt mors impij; Tra.3.c.19.
36.Effundam ſuper uos aquã mundã.T 1.c. 26.
Ex Zach.7.Clamaui,& nõ audierunt.ipſi quoq; clamabunt,& ego non exaudiam.Tra.1.c.11.12.Tractа.3.c.2.24.
Ex Oſeæ.13 Perditio tua ex te;tantummodo ex me,auxilium tuum.Tra.1.c.29.
Ex Iohele.2.Præſtabilis ſuper malitia.Tra.c. 50. 94.
Ex Amos.Super tribus ſceleribus arguã,& ſuper quatuor non conuertam.Tra.1.c.45.87.
2.Mach.2.Orabat ſceleſtius Dominum. Tra.3.c.2.23.
12.Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare. Tra.2.13.
Impietas impij non nocebit ei,in quacũq; die cõuer-

uerſus fuerit. Tra.1.c.5.90. Tra. 2.c.34.
Ex D.Mat.7. Quæcumq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Tra.1.c.21.83.
9 Remittuntur tibi peccata tua Tracta.1.113.
10. Qui negauerit me corã hominibus, & ego negabò eum corã Patre meo. Tra.1.42.62.
Qui non amat me &c. nõ eſt me dignus. T.3.c.7
13. Non remittetur, neque in hoc ſæculo, neq; in futuro. Tra.1.43.64.67.
16. Tibi dabo claues regni cęlorum. Tra. 2.c.24.
18. Quæcũq; ſolueritis ſuper terram. Tra.2.c.5.
18. Non dico uſque ſepties &c Tra.1.86.
21. Super quem ceciderit lapis iſte. &c. T.3.c.30.
27. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Trac.1.c.19.60. Tra.3.26.
Ex D.Luca.3. Facite fructus dignos pęnitentiæ. Tra.1.c.52.98. Tra.2.c.16.
7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa &c. T.3.c.11.14
Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Tracta. 1.113.
22. Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Tra.1.c.1.
6. Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater meus traxerit eum. Tra.1.c.25.
12. Non poterant credere. Tra. 1.c.79.95.
15. Sine me, nihil poteſtis facere. Tra.1.c.29.
20. Accipite Spiritum ſanctum. Trac.1.c.2.47.60. Tra.2.c.5.8.10.
Ad Rom.1. Non ſicut Deũ glorificauerũt. T.1.c.21.22.
2. Gentes, quæ legem non habent. Tra.1.c.16.21.
6. Quicumque baptizati ſumus in Chriſto, in

morte

morte ipſius baptizati ſumus. Tra.2.c.30.

7. Velle adiacet mihi. Tra. . c.23.

Cuius uult miſeretur. & quem uult indurat. Tra 3.28.33.

11. Sine pœnitentia ſunt dona Dei. Tra.2.c.7.

11. Si ex merito, iam non ex gratia. T.1. c.36.

Ex 1. ad Cor. 5. Factus eſt nobis iuſtitia noſtra. Tra.1. c.54.

Ex 2. 2. Ego ſi quid donaui propter uos, &c. Tract.2. c.22.

3. Nõ ſumus ſufficiẽtes &c T.1.c.20.22.23.30

Operatur omnia ſecundum conſilium uoluntatis ſuæ. Tra.1.c 16. Tra.3.c.28.

Ad Tim.1. Deus uult omnes homines ſaluos fieri. T.1. c.10.31.36.

2. 2. Nequando det illis Deus penitentiam, & reſipiſcant. Tra.1.c.16.78.95.

Ad Heb.10. Voluntariè peccantibus nobis, &c. T.1.c. 42.65.

Ex D. Iacobo 4. Petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis Tra. 1.c.12.

Ex D. Petro 2.3. Deus non uult aliquem perire. &c. Tra 3 c 19.

Ex D. Ioan. 1 5 Eſt peccatum ad mortem. Trac.1.c.43. 64.67.71.85.

Apoc. 3 Ego sto ad oſtium & pulſo. T.1.c.9. Tract.3. c.33.

13 Agnus occiſus eſt ab origine mundi. Tract.1. 58.

2. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Tra.1.c.93.

FINIS.

TRACTATVS DE EFFICACIA CONTRITIONIS.

R. P. F. IOANNIS BAPTISTAE Bottarelli de Floriano Aretino, ex Dominicana familia, Sacræ Theologiæ profeſſoris.

Hoc primo tractatu habetur, Quòd, homo Dei gratia adiutus, per cordis compunctionem, & pœnitentię ſacramentum, vel eius votum, a quouis peccato purgari poteſt.

¶ *Priuilegium D. Petro eiuſq. ſucceſſoribus a Chriſto collatum.* *Caput. I.*

EXPLETIS omnibus, quæ noui teſtamenti myſterijs congruebāt, Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus volens cęlū aſcendere, & humanitatis præſentiam, quam ex puriſſimis B. virginis Marię ſanguinibus ſumpſerat, Patris conſpectui pręſentare; hoc ſublime & inſigne priuilegium eccleſiæ, quam ſibi fide & iuſtitia deſponſauerat, Oſæa
in eius perſona dicente, *Deſponſabo te mihi in fi-* c. 2.
de; relinquere voluit, inter tot tantasq. præſſuras, tirannorum rabiem, hæreticorum verſutias ac peſtifera dogmata, prauorumq. filiorum degeneres perditiſſimosque mores; vt ipſa (ideſt, Romanus Pontifex, & Concilia legitimè, ſiue eius iuſſu con

gregata) in proponendis ac definiendis; quæ ad fidem & mores ſpectant, errare non poſſit, dicente
Luc. 22. Chriſto B. Petro, *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua;* Quod quidem inſigne ac nobile priuilegium Petro a Chriſto collatũ, tanquàm Eccleſiæ capiti, in omnes Romanos Pontifices eius ſucceſſores, ac Concilia legittimè coacta, veluti hæ-
Ioan. 16 reditario transfuſum eſt iure. *Docebit vos omnem veritatem;* dixit Chriſtus de Spiritu ſancto, quem Eccleſiæ ſuæ ſemper fore aſſiſtentem ſpopondit.

¶ *Homo per pęnitentiæ Sacramentum, a peccato purgari poteſt. Cap. II.*

CVM igitur tanta ſit cuiuslibet Concilij legitimè congregati, ac a Romano Pontifice probati authoritas; ad firmandam ſtabiliendamq. quam ſtatuere intendimus poſitionem, quòd per cordis contritionem voto Sacramenti, absq. oris confeſſione peccata delentur, cum quis videlicet confiteri non tenetur, ſiue confeſſarij copia non adeſt; nullus clarior ac firmior locus ſe mihi obtulit, quàm verba Sacroſancti œcumenici Concilij Tridentini, quæ habentur
cap. 14. Seſſione ſexta, Cap. De lapſis & eorum reparatione, quæ ſic habent. [Qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ ſacramentum, merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare curauerint.] Et parũ poſt, ſubditur. [Pro his, qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus

ſtus Ieſus inſtituit ſacramentum pœnitentiæ, cum dixit, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſe-* Ioan. 20
ritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Et quòd non ſemel tantum, hoc ſingulari vti poſſimus beneficio, oſtenditur per ea, quæ Seſſ. Quartadecima habētur cum dicitur, [Vt cap. 4.
per ſacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugiunt, poſſint liberari.] Ex cuius capitis doctrina, hæc primum elicitur propoſitio; Quòd homo in peccatum lapſus, per pœnitentiæ ſacramentum poteſt Deo reconciliari, & de hac toto hoc primo diſcurſu agetur. Altera verò, quòd per votum ſeu propoſitum ſacramenti, absq. oris confeſſione peccatum remittitur. Hoc autē huiuſmodi verbis exprimitur. [Verum ètiam eorumdem ſacramentalem confeſſionem, ſaltem in uoto, & ſuo tempore faciendam.] Et parum infra ſubditur quòd, [Pœna æterna vna cum culpa ſacramento, vel ſacramēti voto remittitur.] Et de hac toto ſecundo tractatu agetur, cum huius propoſitionis aſtruendę gratia, præſens negocium aſſumatur.

¶ *Qua de cauſa Author hoc aggreſſus fuerit opus. Cap. III.*

EA autem huius prouincię aſſumendę cauſa fuit; quòd poſtquam effugiendi caloris æſtiui gratia Roma diſceſſimus, Sublacum profecturi, (is locus eſt almi patris Benedicti pœnitentia, miraculis, ac cęnobijs clarus; aeriſq. optima præditus temperie) cum Illuſtriſſi-

mus & Reuerendiſſimus D.Cardinalis Marcus An tonius a Columna, D.meus Colendiſſimus vnà cũ aulicis Palianum verſus, gratia viſendi Illuſtriſſimũ D. Marcum Antonium a Columna S. Rom. Eccleſię claſſis ſub Pio V.Pont.Opt.Max.Imperat. necnõ Paliani, ac Tagliacotij Ducem, iter arripuiſſet: vnà cum Illuſtriſſimo viro D. Põpeio a Columna eiuſdem D.Cardinalis fratre, ac Zagaroli Duce, Sublacum verſus rectà iter arripuimus. Noctis igitur tenebris præuenti, dum per loca tam aſpera ac difficilia iter haberemus, nec vel vnius ſaltem è famulis copia adeſſet (quòd magis ęquos ambo urgentes longè omnes alios anteiſſemus, uel quòd id conſultò egiſſet, ut mecum ſecretius aliquid conferret, ut rei probauit euentus,) cum plura de conſciẽtiæ ſuæ ſtatu mecum contuliſſet, huiuſmodi tandẽ dubitationis ſolutionem petijt dicens. Solet quis ter uel quater in anno peccata ſua ſacerdoti confiteri. Eodem die abſolutionis receptæ puta, uel parum poſt, mortale aliquod peccatũ incurrit, ueluti adulterium, periurium, blaſphemiam, vel aliquid ſimile. Poſtea verò ſe deliquiſſe proſpiciens, de peccato dolet, illiusq. ueniã ſuppliciter a Deo precatur; nõ tamen de illo ante tertium menſem confiteri proponit, cum extra tempus Paſchatis ter tantum, vel quater confiteri ſibi moris exiſtat. Quæritur ergo, ſubdidit, An qui ſic mortaliter deliquit, ſemper dicatur eſſe in crimine, ſeu ſtatui culpæ ſubiacere, quousq. de eo a ſacerdote abſoluatur. Quæſitum profectò & ſcitu, & tanto uiro dignum; qui & ſi rei bellicæ animum appuliſſet; haud tamen conſciẽtiæ ſtudium omiſit. Eius etenim quæſiti ſcientia

vel

vel ignorantia, non parum prodeſſe, vel obeſſe poterit. Si enim rei veritas agnoſcatur, maior conſcientijs ſpes & ſecuritas affertur; cum vt dicetur, ſacerdotis abſolutio præſtò nobis ſemper eſſe non poſſit; ad remiſſionem autem peccatorum per contritionem aſſequendam, Dei gratia adiuti, vel ſoli ſufficere poſſumus. Si aũt ignoretur, in hunc incidere quis poterit errorem, quòd dum putat ſe non niſi per ſacerdotis abſolutionem peccati veniam aſſequi poſſe; fit, vt illa varijs euentibus impeditus, etiã putet ſe peccati ligaminibus ſemper adſtrictum, quouſq. confiteatur. Et ſic erronea conſcientia deſtētus, peccati quoq. nexibus adſtringetur, quod certè maximum animæ affert detrimentum. Huiuſmodi autem mea reſponſio fuit. Quòd dicente Propheta, *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*, per cordis contritionem, cum propoſito tamen tempore ſtatuto recipiendi ſacramentũ, (dummodo contritio legitima ſit) peccatum remittitur; quòd talis erat ſacri Concilij Tridentini determinatio, quòdq. ſi ſecus ac dicebam, res ſe haberet, ſequeretur, quòd malè per Eccleſiam conſcientijs peccatorum prouiſum fuiſſet. Etenim cũ ſciat homines frequentius in peccata labi, ſi per cordis contritionem neſciret eos poſſe ſibi conſulere, ſicq. eos inſtitutos eſſe putaret, non vtiq. more prouidæ matris, eorum ſaluti proſpexiſſet, ſi tantum ſemel in anno eos, confeſſionis debito adſtrinxiſſet. Neque enim pia mater Eccleſia, tandiu filios ſuos peccatorum oneribus premi pateretur; ſi non, niſi per ſacerdotum abſolutionem, eos peccatorũ remiſſio-

Tract. 2. c. 6.

Pſ. 31.

nem aſſequi poſſe putaret Paucis poſt diebus cum Sublaci pranderemus, in eundemq. incidiſſemus ſermonem, non defuerunt, qui aliter ſe a Theologis accepiſſe faterentur, & præcipuè. Illuſtriſſimus D. Proſper a Columna, eiuſdem D. Cardinalis frater. Et quis ab Illuſtriſſimo D. Cardinali mea probata fuiſſet ſententia; pluraq. peregregiè de Cõtritionis perfectione diſſeruiſſet, vt qui græcis, & latinis literis imbutus, in Philoſophia, necnon ſacra Theologia inſigniter eſt eruditus; cuiusq. ingeniũ in Triden. Conc. (cũ Barenſis Archiepiſcopus eſſet) plurimũ valuiſſe a Patribus cõpertũ fuit; haud tamẽ defuerunt, qui dicerent, ꝙ ſi cõtritio ad delendũ peccatum ſufficeret, hinc ſequeretur, quòd tempore Paſchatis confiteri nõ teneremur, cum peccata per contritionem abolita fuiſſent, & qui mortalium (vt dicemus) ſibi conſcius non eſt (ſaltem de iure diuine) confiteri non teneatur. Huc acceſſit, quòd de contritionis difficultate, ita ſeuerè a quibuſdam actum eſt, aſſerentibus aliquibus opus eſſe ſibi ob oculos ponere nedum Ixionis rotam, Siſyphi ſaxũ, Tantali ſitim, Titij vulturẽ, ac martyrum tormenta, verum & inferorum cruciatus, quò an contriti eſſemus necne periculum fieret; adeo vt ſi in peccata incidiſſemus, de noſtro cum Deo in gratiam reditu, deſperandum ferè videretur; quòd magis talium aprehenſione malorum, quàm Dei iniuria ac offenſa noſter præmatur animus. Cum igitur illiusmodi tam rigidæ opiniones a mea quàm longè forent ſententia, breuem hunc tractatum de Contritionis efficacia ac uirtute, Illuſtriſſimo D.D. Cardinali prædicto deſtinare decreui.

Tract. 2. c. 3. & 7

Quid

¶ *Quid Author tractare intendat.* *Cap. IIII.*

ET quoniam inter loquendum, tria conſiderata digna tacta ſunt, Primum quorum fuit, opinio dicētium contritionem cum voto ſacramenti ad iuſtificationem non ſufficere, Alterum, de comparatione facienda inter Dei offenſam, & reliqua mala, Poſtremum, verba Illuſtriſſimi D. Card. aſſerentis quanti uera cõtritio referret; Hoc primum ſtatuendum eſt, quòd Deus quantum eſt ex ſe, paratus eſt omnes excipere peccatores; dummodo humiliter & ex corde ad ipſum pœnitentes confugiant; & quòd nullum eſt peccatum, quod contritionis lachrimis dilui non poſſit, & hæc in primo hoc tractatu fuſius aperientur. Deinde, quòd per cordis contritionem abſque oris confeſſione, cum uoto tamen ſacramenti peccata dimittuntur, & de hoc, toto ſecundo tractatu agetur. Poſtremo deniq. loco & tractatu, de quantitate ſeu perfectione cõtritionis fiet ſermo; ibiq; an neceſſe ſit comparationem inter Dei offenſam & reliqua mala admittere, aperietur.

¶ *Cur de Contritionis efficacia Tractatus inſcribatur.* *Cap. V.*

QVONIAM verò huius oneris aſſumendi hinc ſumpta eſt cauſa, vt oſtendatur, quòd per contritionem cum ſacramenti uoto culpa deletur, meritò de de contritionis efficacia inſcribendus videtur. Ea

cap.108 enim eſt contritionis vis, ut dicetur ut quàm primũ legitima ſit, culpam a corde depellat. Huius autem
cap. 18. argumentum, deſumptum ex uerbis. Ezechielis prophetæ dicentis, *Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.* Vel ex conſimilibus eiuſdem alio loco dicen-
cap. 15. tis, *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ſuis, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Ex quibus Prophetæ uerbis collecta putatur, notabilis illa ac uulgata ſententia, *In quacumquè hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Ideſt, in quocumq. temporis articulo, ſiue momento; ut ſancti Patres noſtri intellexerunt. Huius autem ratio eſt, quoniam (ut in Decretis habetur) eaq. ſunt uer-
cau. 26. cap. His qui. ba Leonis primi ad Epiſcopum Foroiulienſem, [Apud Deum nullas patitur ueniæ moras, conuerſio, dicente Dei Spiritu per Prophetam, Cum conuerſus ingemueris, ſaluus eris.] Et ut ait B. Hieron.
De pœni. diſt. 30. c. Menſuram. [Apud Deum non tam ualet menſura temporis, quàm doloris.] Et ſi (ut alijs placet) extracta ſit talis ſententia ex uerbis Iſaiæ dicẽtis (ut modo diximus) [Cum conuerſus ingemueris, ſaluus eris.] iuxta Septuaginta interpretationem. Et quàmuis in uulga-
Iſa.30. ta aditione prædictã uerba ita reddantur, *Si reuertamini & quieſcatis; ſalui eritis.* ſenſus tamen in idé redit. Ac ſi dicatur. Si reuertamini præteritorum peccatorum pœnitendo, & quieſcatis, ab eis de cętero abſtinendo ac præcauendo, ſalui eritis. Et quoniam ꝑdicta uerba, [In quacũq. hora peccator ingemuerit, non recordabor] a Sanctis Patribus & Doctoribus, ut uerba Domini, & uerba prophetica referuntur;

tur; tamquàm ex ore Domini prolata, toto hoc tractatu citabuntur. Ait enim Celeſtinus Papa (vt habetur ex Gratiano) [Dominus ad ſubueniendum paratiſſimus inuitat ad pœnitentiam, ſic promittēs peccatori. In quacumq. hora ingemuerit peccator, non recordabor.] Et diſtinct. prima, hęc habentur uerba, [Hoc idem probatur authoritate illa Prophetica, In quacumq. hora ingemuerit, &c.]

Decret. cau. 26. c. Agnouimus. De pœni. d p. Porro illi.

¶ Cur magis de efficacia contritionis, quàm pœnitentiæ, inſcriptus ſit. Cap. VI.

NON autem abre magis de efficacia contritionis, quàm de efficacia pœnitentiæ titulus appoſitus eſt. Primū quidem, quoniam cum hæc vox, Pęnitentia, communis ſit pœnitentiæ, quatenus eſt animi virtus, & pœnitentiæ quatenus eſt ſacramentum: ſi de pœnitentiæ efficacia, illi fuiſſet inſcriptio appoſita, cuilibet prima fronte viſum fuiſſet, quòd de efficacia ſacramenti pœnitentiæ, (quod quidem ſacramentum per ſacerdotalem abſolutionem perficitur) futurus eſſet ſermo; quod certè Illuſt. D. Pompei quæſito nō reſpondiſſet, nec ſatisfeciſſet. Eſt ergo mei inſtituti ac propoſiti loqui de contritione, prout eſt in mente, ſeu prout eſt effectus pœnitentiæ virtutis, quæ nil aliud eſt, quàm animi dolor ex admiſſo peccato, ob Dei offenſam, conceptus: & non prout aliquo ſigno ſenſibili, ſeu exteriori manifeſtatur; quoniam ſic accepta, eſt pars materialis, ſiue integralis ſacramenti pęnitentiæ. Deinde verò, quoniam eſſe & ratio pœnitentiæ, quomodocunque ſumatur;

primo & maximè ſaluatur in contritione. Etenim pœnitentia (vt virtus) abſque contritione ſiue animi dolore, nullius vel minimi ponderis eſt. Si vero conſideretur (quatenus eſt ſacramentum) oportet contritionem ſemper adeſſe actu cum cæteris pœnitentiæ partibus; ſed non econuerſo neceſſe eſt, omnes partes actu ſemper adeſſe. Sufficit enim aliquando ſolum votum ſeu propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi ad culpæ deletionem. At vero contritionem, vel ſaltem attritionem, quæ cõtritio æſti-
ca. 101. metur, vt dicetur, ſemper actu oportet eſſe ad hoc,
104. vt peccatum per pœnitentiam deleatur; alioquin pœnitentia inſufficiens erit. Quapropter contritio æquiualenter tota pœnitentia eſt, cum quis ſcilicet confiteri non tenetur; vel quando non adeſt confitendi, & ſatisfaciendi facultas. Et iuxta hunc ſenſum intelligenda ſunt verba illa. *In quacunq; hora peccator ingemuerit, non recordabor.*

Abſque auxilio gratiæ, nemo à peccato reſurgere poteſt. Cap. VII.

ET quoniam (vt ad rem & inſtitutum, his breuiter decurſis) reuertamur, vt ait
1. Eph. 2. Apoſtolus, *Gratia ſaluati eſtis*; ne in hæreſim Pelagij labamur, qui opinatus eſt, tum quòd initium fidei eſſet a nobis; tum quòd per ſolas naturæ vires, in Dei gratiam ac amicitiam reuocari homo poſſit, bene nobis ponderanda ac libranda ſunt verba Concilij dicentis, [Cum excitãte Deo;] ac ea, quæ habentur Seſſione eadem, vbi dum ſermo eſt, de præparatione ad gratiam dicitur

quòd,

quòd, [Diſponuntur ad iuſtificationem, diuina cap. 6.
gratia excitati, & adiuti.] Ex quibus præfectò verbis habetur, Quod homo in peccatū lapſus, abſq; auxilio gratiæ, à peccato reſurgere non poteſt. Quę propoſitio, ſic a D. Th. probatur. Quoniam ſi ho- 1.2.q.
mo per liberum arbitrium iuſtificari poſſet, vt ait 106.ar.7
Apoſtolus, *Gratis Chriſtus mortuus eſſet*; quod qui- Galat. 2.
dem abſurdum eſt, aſſerere, Et pro huius rei, quæ magni ponderis eſt, notitia; vt ſciamus dum peccati nexibus adſtringimur, quàm enixè ſit nobis Deus rogandus, vt ſuum nobis porrigat auxilium,
cum Dauide dicentes, ***Emitte manum tuam de alto,*** Pſ. 143.
& eripe me; Notandum eſt, quòd licet homo, tum
ex vi luminis naturæ, de quo ait Propheta, ***Signatum*** Pſal. 4.
eſt ſuper nos lumen vultus tui; tum etiam lumine lu
mine fidei, de quo ait D. Paulus quòd, ***Donum Dei*** Epheſ. 2.
eſt, cognoſcere poſſit, Deum peccatis offendi, De offenſis pœnitere, ac propoſitum in poſterum præcauendi admittere, niſi tamen D us ſpeciali auxilio gratiæ ſuæ cor eius ad peccati deteſtationem, & gratiæ deſiderium excitauerit, nunquàm talis naturæ diſpoſitio ac præparatio ſufficiens, erit ad iuſtitiam, & Dei gratiam conſequendam, ita ſcilicet, vt neceſſariò, ſeu infallibiliter, vel certa, vt aiunt, lege, gratiam quis conſequatur. Prior huius propoſitio-
nis pars, inferius probabitur. Poſterior vero, proba c. 15. 19.
tur authoritate Magiſtri ſentent. dicentis, [*Id* ve- 22. 24.
ro in concuſsè teneamus, liberum arbitrium ſine
gratia præueniente, & adiuuante, non ſufficere ad 2. diſ. 28
iuſtitiam, & ſalutem obtinendam.] Cui ſententiæ 1. 2. q.
Diuus Thomas ſubſcribens ait. [Oportet præ- 109. ar.
ſupponi, aliquod auxilium Dei interius ani- 6 c.

mam mouentis, ſiue inſpirantis bonum propoſitum.]

¶ Quid ſignificetur nomine Gratiæ, ac nomine ſpecialis auxilij Dei. Cap. VIII.

QVo autem clarius oſtendatur, quid ſignificetur nomine gratiæ, quidue nomine auxilij ſpecialis, quod ad gratiam conſequendam neceſſarium diximus, Aduertendum, quòd cum Deus hominem
c.7. creauerit (vt ait D. Petrus) vt diuinæ conſors na-
2.c.1. turæ efficiatur: cum bonum illud, quod ab æterno Deus diligentibus ſe præparauit, ſit adeò excellens & ſublime, quòd non ſolum hominis cognitioné, verum & deſiderium ſuperat, dicente D. Paulo
1 *Cor.* 2. quòd, *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho*
1.2.*q.* *minis aſcendit;* & D. Thoma quòd, [Vita æterna eſt
14. *ar.* 2. quoddam bonum excedens cognitionem, & deſi-
c. derium hominis,] non ſolum homo eget Dei auxilio ad hoc, ut mens eius eleuętur ad talis boni cognitionem, uerum, & ad ipſius conſequtionem. Talis boni cognitio per fidem nobis donatur, dicente
Heb. 11. D. Paulo quòd, *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarũ; & argumentum non apparentium;* Eius uero adeptio
Rom. 6. per gratiam tribuitur, dicente eodé Apoſtolo, *Gratia Dei, vita æterna.* Quę quidem gratia, ſubtilioribus ſcolaſticis definitionibus omiſſis, nil aliud eſt, quàm, Donum quoddam ac auxilium, quod abſq; ullis hominis meritis, Deus ipſi elargitur, ac porrigit. Quo nobili ac diuino dono homo decoratus, efficitur amicus, gratus, ac familiaris Deo; cum ſit

nodus

nodus quidam, ſiue nexus, quo anima Deo iungitur ac unitur, dicente D. Paulo, *Qui adhæret Domino, vnus cum eo ſpiritus efficitur*. Et hæc uocatur a Theologis, gratia habitualis, ſiue iuſtificans. Ob id autem tale auxiliũ, quo anima Deo iungitur, ſpeciali quadam prærogatiua, gratia uocatur; tum quoniã non ex merito, ſed ex gratia datur; deſt, quia nihil boni ante feceramus, ut eam mereremur, ut ait B. Aug. contra Pelagium: tum etiam quoniam ob id a Deo homini datur, ut amicus, carus, ac gratus Deo reddatur; utque tandem fruatur gloria ac beatitudine, qua Deus beatus eſt. Quoniam uero forma, non niſi in benè diſpoſita aptaq; materia introducitur, ad hoc ut ſit quis diſpoſitus ad tale bonum ſuſcipiendum (cuiuſmodi eſt gratia) Dei ſpeciale auxilium ad id requiritur; quod quidẽ nihil aliud eſſe dicimus, quàm gratuita quædam Dei motio, ſiue bona inſpiratio, qua Deus cor hominis tãgit ac mouet, ut relicto peccato, ad gratiæ ſtatum reuertatur; utque ea exequatur, quæ ad ſalutem, & iuſtificationem ſuam ſpectant. Hoc autem ſpeciale auxilium a B. Aug. & Magiſtro ſentent. uocatur quandoque gratia præueniẽs; a D. Thoma, gratia præueniẽs ſiue operatio ac motio Dei interior, ſiue auxilium Dei gratuitum, a Patribus autem Concilij Trident. tum gratia præueniens, tum excitatio Dei, ac diuina gratia appellatur. Et de hoc auxilij genere loquẽs Propheta dicit, *Miſericordia eius, præueniet me*. Nomine ergo ſpecialis auxilij intelligitur gratia Dei præueniens, ſiue diuina quædam motio, qua cor hominis a Deo tangitur, ac mouetur, ſiue interius per bonas inſpirationes: ſiue exterius per pœnas & flagella;

1. Cor. 6.

1. p. q. 62. ar. 2. 3.

Seſſ. 6. c. 14. & c. 6.

Pſal. 58

quibus

quibus mens noſtra, tum ad proprij reatus cognitionem, tum ad diuini auxilij implorationem excitatur, dicente Propheta, ***In die tribulationis meæ, exquiſiui Deum.*** Pſ. 76.

Gratia præueniens omnibus datur; non autem gratia iuſtificans. Cap. IX.

CVm ergo duplex ſit auxilium, quo ad beatitudinem conſequẽdam egemus; auxilium ſcilicet ſpeciale, ſeu diuina motio, & gratia iuſtificans; hoc inter prædicta reperitur diſcrimen, quòd primum auxilium omnibus impenditur, nullique à Deo denegatur, quantumuis impuro ac criminoſo: cum nullus ſit, qui non incitetur à Deo ad bonum; & ad gratiæ præparationem; adeo quòd nec obſtinatus Pharao, nec ſceleſtiſſimus Iudas, tali deſtituti ſunt auxilio. ***Ego ſto ad oſtium, & pulſo; ſi quis aperuerit, intrabo;*** dixit Chriſtus, de tali auxilio loquens. Apoc. 3. Dicens, ***Ego ſto ad oſtium***, promptum ac paratum ſe oſtendit. Dicendo, ***Pulſo***, frequentiam, & aſſiduitatem oſtendit. Dicendo, ***Si quis***, oſtendit ſe illud omnibus liberè proferre. Dicendo, ***Aperuerit***, oſtẽdit quòd eſt in hominis facultate, diuinæ motioni obſequi, vel reſiſtere; ſe (ſuppoſito illo ſpeciali auxilio) ad gratiam præparare; vel illi impedimentũ præſtare. Dicens, ***Intrabo***, oſtendit quòd quantum ex ſe eſt, paratus eſt intrare; ſi obſtaculum ſiue impedimentum non adſit. Peccatricis animæ cor, quot bonis inſpirationibus a Deo tangatur, quibus vrgeatur ſtimulis, ac pungatur aculeis, quo e pec-

cati ſe eripiat vinculis, quilibet in ſeipſo, dum peccati ſeruitute adſtringitur, experiri põt. Vt enim ait *Super c.* Beda, [Sequitur eum vindex conſcientia, quæ ei *Ioan.7.* ſemper inhæret excrucians eum; nec vel ad modicum ceſſat grauiſſimis agitare ſtimulis; quos peccatorum ſubminiſtrat recordatio.] Aliud autem auxilium, nempe gratia iuſtificans, & ſi omnibus proferatur, dicente Chriſto, *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat;* non tamen omnibus datur, poſtquàm *Ioan. 7.* in peccatum inciderunt; ſed tantum omnibus ſe ad ipſum præparantibus, dum ſibi à Deo offertur. Quòd autem nõ omnibus detur, uerba Chriſti de Tyrijs, & Sydonijs dicentis, quòd ſi tale genus gratię recepiſſent, *In cinere, & cilicio pœnituiſſent,* optimè oſtendunt. Quòd autem tale auxilium non *Luc. 10.* omnibus detur, in cauſa eſt peccatoris obduratio, ſiue mentis obſtinatio, quæ bene uti libero arbitrio negligit, & generali Dei motioni obſiſtit; ut etiam inferius dicetur. *c. 11. & 35.*

¶ *Deus quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare.* Cap. X.

ET quàmuis gratia iuſtificans non omnibus detur; nulli tamen denegatur; dúmodo quis ſit eam recipere diſpoſitus. Hæc uidetur eſſe doctrina D. Thomæ dicentis quòd, [Deus quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare,] dicente D. Paulo *3. con. c. 159.* quòd, *Vult omnes homines ſaluos fieri*, Et ſcribens *1. Tim. 2* ſuper Epiſtolam ad Hebræos ait quòd, [Gratia Dei *c. 12. l. 3* nulli deeſt; ſed omnibus, quantum in ſe eſt, ſe communi-

municat, ſicut nec ſol deeſt oculis cæcis.] Ergo quemadmodum ſol quantum ex ſe eſt, omnium oculis lucem adminiſtrat; ſic & Deus quantum ex ſe eſt, omnibus gratiam largiri ſemper eſt paratus; dummodo ipſi inſpiranti obedire, & obſequi uelimus. Quapropter, non poteſt peccator conqueri quòd non poteſt pœnitere, conteri, de peccato dolere, de uita in melius commutanda ſtatuere, ac peccatorum ueniam ſperare; cum Deus quantum ex ſe eſt, paratus ſit omnibus gratiæ lumen largiri.

¶ Declaratur prædicta propoſitio D. Thomæ, Deus paratus eſt &c. Cap. XI.

Dubiū. AT dicet quis. Quo nam pacto dicitur Deus paratus eſſe quantum ex ſe eſt, omnibus gratiam dare, cum ut habetur Zachariæ 7. Deus dicat, *Clamaui, & non audierunt; ipſi quoque clamabunt, & non exaudiam*. Huc accedit, quod ut infra
Tract. 2. dicetur, multi Dei gratiam, & miſericordiam im-
c. 35. & plorant; quorum tamen uota reijciuntur. Si ergo
Tract. 3. auxilium petentibus, gratiam ſcilicet, abnegat; quo
3. pacto dicitur, quòd ſit omnibus eam dare paratus?
Solutio. Ad hoc reſpondetur, Quòd Deus dicitur paratus eſſe omnibus gratiam largiri; quoniam quantum ex ſe eſt, omnibus præbet auxilium, quo peccatoris cor inſtigatur ad bonum, & ad gratiæ præparationem; quod quidem auxilium, ut ſuperius di-
cap. 9. ctum fuit, nulli Deus denegat. Et quoniam, ut infé-
cap. 38. rius dicetur, homo liberè a Deo mouetur; hinc eſt, quòd aliqui diuinę illi motioni obſequentes cum

D. Paulo

D.Paulo dicũt, *Domine quid me vis facere*?& talibus gratiam conferre ſemper eſt paratus; Alij autem diuinæ illi motioni reſiſtentes dicunt Deo, *Recede a nobis*, & talibus meritò gratia negatur. Quapropter & iuſtè homini imputatur; ſi gratiam, & uirtutes eam comitantes, non recipiat. Et ideo benè ait D. Thomas quòd, [Illi ſoli gratia priuantur, qui in ſeipſis gratiæ impedimentum præſtant.] Quod quidem impedimentum, ut habetur ex D. Tho. uel eſt gratię recuſatio, more illorum de quibus ait ſcriptura, *Vocaui & renuiſtis*; vel negligens ad gratiam pręparatio; ueluti fatuis illis uirginibus, de quibus Matth.25. fit ſermo, accidiſſe comperimus; uel denique peccatum, ſaltem originale, ut ipſemet D. Tho. ait. Omne namque peccatum gratię impedimentum præſtat; ut idem D.Tho.3.con.gen.dicit. Et quãuis D.Tho.dicat, quòd aliquem carere gratia ex duobus contingit; [Tum quia quis non uult eã recipere; tum quia Deus non illi infundit, uel nõ uult illi infundere;] ex quo alicui uideri fortè poterit, quod cauſa priuationis, ſiue carentiæ gratiæ non ſit homo, qui obicẽ ponit, quin potius Deus, qui eam præbere non uult; & ob id, quòd gratiã conferre non ſemper ſit paratus; reſpondet Diu. Tho. quòd, [Horum duorum talis eſt ordo, ut ſecundum non ſit, niſi ex ſuppoſitione primi.] Ergo cauſa quare Deus non infundit gratiam, ſeu infundere nolit, eſt; uel quia homo non uult eam recipere, uel quia negligenter ad eam recipiendam, ſe præparat, quia ſcilicet non facit, quod in

Act. 9. *Iob.* 21. 3.*con.* c.159. 1.*d.*40. *q.* 4. *art.* 2.*c.* *Prou.* 1. 2.2.*q.*2. 5.*ad* 1. *c.*161. 1.*d.*40. *q.*4.*ar.*2. *c.*

ſe eſt,debitè ſe ad gratiam præparando. Qua pro-
pter meritò dicitur, quòd illi ſoli gratia priuantur,
qui in ſeipſis gratiæ impedimentum pręſtant, &
quòd Deus paratus eſt,quantum ex ſe eſt, omni-
bus gratiam largiri. Hęc autem D.Tho.ſententia,
deſumpta eſſe uidetur ex doctrina D.Aug. qui ea
D.Pauli uerba pertractans. *Contemplantes ne quis*
Heb.12. *deſit gratiæ Dei,* ait quòd, [Licet Deus ſemper pa
ratus ſit gratiam dare, tamen noſtrę prauitatis ui
tium,ſępe repellit.]

¶*Declaratur authoritas Zachariæ, Clamaui, & non audierunt.* Cap. XII.

7. AD authoritatem Zachariæ, iuxta ali-
quorum placitum dicitur, quòd non
intelligitur de culpa, ſed de pœna,
quę peccatis debetur; quę quidem,
ut ſe iuſtum ac malorum ultorem oſtendat,Deus
interdum non uult ignoſcere. Et iuxta hunc ſen-
ſum,Ieremię roganti pro flagellis a populo Iero-
14. ſolimitano amouendis dictum fuit,*Noli orare pro*
populo hoc, quoniam non exaudiam te, Vt etiam in-
c.87. fra dicetur. Si autem ad culpam referatur,intelli-
gitur de illis,qui gratiam ac remiſſionem peccato
rum petunt, non ex diſplicentia, aut odio pecca-
ti,quo tam pium Patrem offenderunt,ab eiuſque
Tract.2. amicitia ſeparati ſunt: ſed magis ob pœnas, quas
c.35.& ob commiſſa ſcelera, ſe commeruiſſe proſpiciũt,
Tract.3. ut latius de ſimilibus dicetur. Et quia non uerè, &
c.30. ex corde eos peccati pęnitet;iure de talibus uerba

faciens

faciens Dom nus ait, *Clamaui & non audierunt, ipſi quoque clamabunt, & non exaudiam;* in eiſque illud D. Iacobi dictum verificatur, *Petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis.* Duplici ergo de cauſa, dicitur Deus paratus eſſe omnibus gratiam dare. Quarum prima eſt, quoniam lumen gratiæ omnibus offert; & non ſolum offert, verũ & quãdoque mouet, & inſtigat, vt ſe homo ad gratiæ receptiorem præparet. Altera uerò, quoniam paratus eſt eã omnibus dare, qui ex cordis affectu ac ſynceritate eam petunt; videlicet ut iugum diaboli excutiant, Deique amicitia fruantur. Vnde & Dauid cum dixiſſet, *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum,* ſtatim ſubdidit, *Omnibus inuocantibus eum in veritate;* Tunc autem Deus in veritate inuocatur, cum auxilium gratiæ ex diſplicentia peccati, & ob Dei amorem ab eo imploratur.

c.4.

Pſ. 144.

¶*Gratia incitans ſeu præueniens, ſola non ſufficit.* *Cap. XII.*

DIuina autem illa motio, quam neceſſariam diximus ad hoc, ut ſit quis diſpoſitus ad Dei gratiam ſuſcipiendam: & ſi in ſeipſa conſiderata ſufficiens ſit; reſpectu tamen liberi arbitrij ſaltem, plerumque inefficax ac inſufficiens redditur; ſiue per eam non fit homo ad gratiam recipiendam diſpoſitus; ſed tunc tantum, quando Deus per motionem illam, cor hominis effica

Cap. 7.

citer mouere intendit. Hoc autem ob id dicitur, quoniam videtur eſſe doctrina D. Tho. quòd non omnis motio, qua Deus cor hominis mouet, ut a peccato reſurgat, ad hoc ordinatur, ut verè & infallibiter homo gratiam recipiat, uel propter liberi arbitrij diſſenſum; vel ob præcedentis peccati pœnam; ſed tunc tantum, quando Deus, qui pro voluntatis ſuæ beneplacito cor hominis mouet, dicente ſcriptura quòd, *Quocunque voluerit uertet illud*; & quòd, *Sicut vas in manu figuli, ſic vos in manu mea*; verè & efficaciter cor hominis mouere intendit, eiquè gratiam conferre; & tunc infallibiliter ipſam conſequetur. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. [Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quòd homo, cuius cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequitur: quoniam intentio & propoſitum Dei deficere non poteſt.] Et talis intentio ſeu uoluntas Dei ordinantis motionem ſuã ad id, ut hominis cor, preparetur, ſeu diſponatur ad gratiæ receptionem, auxilium Dei efficax uocatur. Quod autem non omnis diuina motio ſuum ſortiatur effectum, ita vt verè quis gratiam recipiat, qua a peccato reſurgat, id uel authoritate ſcripturæ dicentis, *Vocaui, & renuiſtis*, probari poteſt D. quoque Stephanus Iudæos increpans aiebat, *Vos ſemper Spiritui ſancto reſitiſtis.* Quid plura? Quoties bonis inſpirationibus cor noſtrum a Deo tangitur, ut a peccato deſiſtat, vel exurgat, & tamen internas illas Dei voces audire contemnimus? *Poſuerunt cor ſuum vt adamantem ne audierent legem*; ait ſcriptura.

Prou. 21 · *Ier. 18.* · *1.2.q. 112. ar. 3.c.* · *Prou. 1.* · *Act. 7.* · *Zach. 7.*

 Cur

¶Cur homini imputatur ſi gratia caret. Cap. XIIII.

AT dicit quis. Si diuina illa motio, qua cor hominis mouetur ad gratiæ receptionem non eſt efficax, cur homini imputatur ad culpã, ſi gratiam nõ recipit? Nulli enim imputandum uidetur, ſi non id habet, quod ab altero dependet. Ad hoc dicitur, quò det ſi talis motio non ſit efficax, eſt tamẽ ſufficiens ad hoc, ut poſſit quis ſe ad gratiæ receptionem præparare. Si autem vel diuinas illas inſpirationes abijcimus, vel in eis exequendis negligentiores ſumus, & generalem illam, ſeu communem gratiam reijcimus, meritò nobis culpa imputanda erit. Sicut enim, ſi Sole mundum illuminãte oculos uel feneſtras quis claudat, & ob id damnum incurrat, meritò ſibi culpa imputari debet, ita ſi ſi diuinas illas inſpirationes uel reijcimus, uel exequi nolumus, meritò nobis culpa imputari debet. Non ſufficit ut hominis uita conſeruetur, ut ſibi cibus offeratur; ſed neceſſe eſt, ut dentibus præmatur, deglutiatur, ac in ſtomacum recipiatur. Non ſat eſt, ut cor hominis a Deo bonis inſpirationibus tangatur; ſed oportet facere quod inſe eſt, eas ſcilicet recipere, ac executioni mandare. Qua propter meritò cuilibet imputabitur, ſi gratiam non recipiat; cum ob culpam ſuam, quilibet carentiæ ac priuationis gratiæ, cauſa extiterit. Et in hoc ſenſu D. Tho. propoſitionem illã,

[Nulli videtur imputandum, quod ab altero
3. con.c. dependet] aſſerit eſſe falſam; quando uidelicet
159. ex ſua culpa, quis eſt priuationis cauſa. Et hoc eſt,
Malo. q. quod ait D. Tho. quòd, [Non habendo charitaté
2. ar. 5. non meremur pœnam, quia ex caren tia habituũ
ad 8. non demeremur; ſed ei ponendo obſtaculum,
ſc licet omittendo, uel committendo.] Per omiſ-
ſionem ſignificatur hominis neglıgentia ad gratię
præparationem: per commiſſionem uerò, recuſa-
Cap. 11. tio eiuſdem, ut ſuperius dictum fuit. At dicet
quis. Si gratia tantum datur ex hoc, quòd aliquis
non ponit obſtaculum, ergo habere gratiam ex ſo
lo dependet libero arbitrio, quod eſt error Pela-
Ad Heb. gij. Ad hoc reſpondetur iuxta doctrinam D. Th.
c.12.l. 3. ꝙ hoc ipſum, ꝙ aliquis non ponat obſtaculum
gratiæ, ex gratia procedit.

¶Homo per liberum arbitrium, aliquo modo peccati dolorem admittere poteſt. Cap. XV.

QVid nomine auxilij ſpecialis, quidue
nomine gratiæ habitualis intelliga-
Cap. 7. tur, declarato: reſtat, ut quę ſuperius
probanda promiſſimus, aperiamus,
Nimirum, ꝙ homo ſola natura facultate adiutus,
poteſt de offenſa Dei dolere, ac propoſitum ſa-
Seſſ. 6. tisfactionis, & in poſterum præcauendi, quàmuis
Can. 3. ut verbis Concilij vtamur, [Non ſicut oportet,]
l. 1. c. 22 admittere. Hanc propoſitionem, tum in libro de
d. 17. q. 2 Natura & gratia, tum etiam ſuper quartum ſen-
ar. 5. tent. (pluribus eius rationibus tacitis) pulchrè
R. P.

R. P. Magiſter Dominicus Soto, confirmare ac corroborare conatur. Quoniam ſicut naturali lumine dolere poſſumus de offenſis alicui amicorum illatis, cum propoſito ſatisfaciendi, ac in poſterum ab eiſdem præcauendi: cur etiam peccator fidelis, qui fidei lumine Deum cognoſcit, iniuriarum Dei pęnitere non valeat, peccatorumque remiſſionem optare, cum diligere Deum ſuper omnia, ſaltem quatenus principium eſt, finiſque naturæ, ſit homini veluti connaturale? Et quoniam locus hic non minimi ponderis eſt; cum aliqui liberum arbitrium adeò eneruare conétur, ut hominem abſque gratuito Dei auxilio nullum prorſus bonum morale efficere poſſe putét: quod tamen a ueritate alienum eſſe oſtendetur; quo prędictæ huius propoſitionis ueritas clarior reddatur; ſummatim aperiendum eſt, Primum, quòd homo ex naturæ facultate poteſt in cognitionem peccati peruenire, Deinde, quòd peccatum eſſe contra legem Dei ęternam, & contra ius naturę cognoſci poteſt, quapropter & quòd ab eo eſt abſtinendum, Poſtea, quòd gentiles peccatis Deos offendi putabant, Ac demum quòd erratorum a Dijs ueniam precabantur. His enim cognitis facile admodùm dictorum ueritas patebit; cum peccator fidelis, deterioris conditionis ęthnicis cenſendus non ſit, cum fides non deſtruat, quin potius perficiat naturam: Et quæ lumine naturæ de diuinis cognoſcuntur; ab intellectu fidei lumine illuſtrato, clarius ac apertius percipiuntur, quàm lumine naturæ tantum.

Cap. 19. 21. 22. 24.

¶*Peccatum naturæ lumine cognoſcitur; quidvè ſit illud naturæ lumen.* *Cap. XVI.*

HOrum autem primum, ꝙ ſcilicet peccatum naturę lumine cognoſcatur, ſaltem quatenus peccare eſt a recta rationis linea, ſeu a iure naturę deficere, patet. Exponens namque Gloſa illud D. Pau
2. li ad Romanos, *Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex*, ait ꝙ [Si non habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua quiſque intelligit & ſibi conſcius eſt quid ſit bonum, & quid ſit malum.] Vt autem pateat quid ſit illud naturę lumē, quiduè lex naturalis, qua peccatum cognoſci dicimus: ſciendum ꝙ duplex eſt lumen, quo hominis mens a Deo illuſtratur ac illuminatur; Lumen videlicet naturale, & ſupernaturale, ſeu infuſum. Lumen ſuper naturale illud eſt, quod Deus ſpeciali munere largitur hominibus, quo mens eleuatur ad cognitionem eorum, quę pœnitus ſupra naturam ſunt: cuiuſmodi eſt, cognoſcere myſterium Trinitatis, ꝙ Deus in principio creauit cęlum & terram, quòd Dei filius ex Virgine carnē ſumpſit, & ea denique omnia, quæ fidei articulis continentur, & de quibus ſcriptura loquitur ꝙ, *Plura ſu-*
Eccle. 3. *pra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi.* Et tale vocatur, lumen fidei, quo mediante ſui notitiam Deus hominibus tribuit, dicente ſcriptura quòd, *Appa*
1. Sap. *ret his, qui fidem habent.* Quod quidem lumen

non

non omnibus datur, ſed illis tantum, quibus placitum fuerit Deo illud tribuere, dicente D. Paulo ꝙ, *Fides donum Dei eſt*. Lumen autem naturale, *Epheſ.* 2
eſt lumen intellectus agentis & rationis, cuilibet homini, vt ait D. Tho. a Deo in creatione inſitum: *Opuſc.* 4. *prin.*
quo homo incognitionem naturaliter cognoſcibilium, & operabiliũ peruenire poteſt. Cũ enim intellectus fertur ad cognoſcibilium contemplationem, cognoſcit Deum eſſe, intelligentias, ſeu Angelos, animæ immortalitatem & ſimilia. Cum uerò ſe ad operabilia conuertit, cognoſcere poteſt bona & mala, iuſta uel iniuſta, honeſta & turpia, fugienda & proſequenda. Hoc etiam lumine inter cętera, cognoſcuntur tria, quę ſunt ueluti tres leges nobis inſertę & congenitę, & ſunt tria principia in genere morum. Primum quorum eſt, Bonum agendum, & malum uitandum. Alterum, Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris; & hoc a Chriſto, lex naturę uocatum eſt. Qua ſanè lege, *Matth.* 7
quid bonum, quid malum; quod bonum faciendum, malum fugiendum, clarè quiſque proſpicere poteſt. Cum enim quilibet naturaliter bonum appetat, malumque refugiat; id bonum eſſe cõgnoſcet ac agendum, quod ſibi fieri optat; malum uero ac euitandum, quod refugit ac horret. Quapropter propheta Dauid talis legis ignorantiam *Pſ.* 4.
prętẽdẽtibus ac dicentibus, *Quis oſtendit nobis bona*? Reſpondet dicens, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*. Tertium uero principium ſiue tertia lex eſt, Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum: Deum enim eſſe *1. 2. q. 91. art. 2. c.*

&remuneratorum (ut ſancti Patres docent) naturaliter cognoſcitur. Et ideo loquens Deus ad
Gen. 4. Cain dixit, *Nonne ſi bene egeris recipies; ſi autem malè, ſtatim peccatum tuum foribus tuis aderit?* Veluti ſi naturę lumine Cain agnoſcere potuiſſet, Deum boni remuneratorem, ac mali uindicem. Qua propter & gẽtiles naturali lumine moti eos, qui probè uel impiè uixiſſent, uel in hac, uel in alia uita, prẹmia aſſequturos, uel pœnas ſoluturos putabant; vt Tantali, Ixionis, Siſyphi, ac Tityj exemplis uideri poteſt. Et de huiuſmodi lumine
Rom. 2 ait Apoſtolus, quòd gentiles habebant legem ſcriptam in cordibus ſuis. De hac quoq; naturæ lege, quæ omnium humanarum legum rectè conditarum adinuentrix, & parens eſt; & de qua dicunt
1. 2. q. 91. ar. 3. Theologi, quòd eſt impreſſio, ſeu participatio quędam legis æternæ in homine, nec eſt res ab æterna lege diuerſa, verba faciens Cicero eam cæleſtem legem vocat dicens, [Non eſſe hominum
2. de legibus circa princip. ſententijs excogitatam, nec ſcitum aliquod populorum; ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendique ſapientia; quam Dij humano generi dederunt.] Naturali igitur lumine, in peccati cognitionẽ poteſt perueniri.

¶ *Lumine naturali peccatum contra Dei legem eſſe cognoſcitur.* *Cap. XVII.*

QVòd autem eodem naturali lumine peccatũ quatenus eſt contra legem naturæ, & cõtra legem

legem Dei æternam cognoſci poſſit, Tullij teſtimonio hoc probatur. Ait enim de adulterio Sexti Tarquinij verba faciens. [Nec ſi regnante Tarquinio, nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam, Sextus Tarquinius Lucretiæ Tricipitini filiæ vim attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & a delicto auocans; quæ non tum demum incępit lex eſſe cum ſcripta fuit; ſed tunc, cum orta eſt. Orta eſt autem ſimul cum mente diuina. [Quàmobrem lex vera atque princeps, apta ad iubendum, & ad vitandum, ratio eſt recta ſummi Iouis.] Cum ergo legi Dei, & naturæ peccatum obſtare agnouerint, meritò etiam euitandum cognoſcere poterant. Quapropter & ipſemet Cicero, aiebat. [Peccare certè nemini licet.] Rationem autem in libris officiorum oſtendit, quoniam vt ipſe ait, [Peccare ſemper turpe eſt.] Quàm autem peccatum euitandum foret, his patefecit verbis, [Præter culpam & peccatum nihil poteſt homini accidere, quod ſit horribile, atque pertimeſcendum.] Nonne & Socrates ipſe peccatum, vt rem turpem horrens atque deteſtans aiebat, [Si ſcirem Deos ignoſcituros, & homines ignoraturos, adhuc peccare dedignarer? Quam etiam Socratis ſententiam, idem Cicero probans dicebat, [Certè ſi omnes Deos, homineſque cælare poſſemus, nihil tamen auarè, nihil iniuſtè, nihil libinosè, agendum eſt.]

l. 2. de legibus circa principium.

Parad. 3
2.

Offi. 3.

Gentiles

¶ Gentiles peccatis Deos offendi putabant, eorumque ab eis veniam precabantur. Cap. XVIII.

QVòd verò hominum flagitijs ac ſceleribus Deos offendi gentiles crediderint, eaque vlciſci, oſtenditur verbis Homeri dicentis de Ioue,

Odiſ.x. *Iuppiter homines inſpicit, & punit quicunq; peccat.*

Cui etiam ſententiæ eius imitator Virgilius hærens dicebat,

Aene.1. *Sperate Deos memores, fandi, atq; nefandi.*

Nonne (reliquis omiſſis exemplis, cum capta a Romanis Carthagine, miles quidam Apollini auream veſtem detraxiſſet, Teſte Valerio Maximo, manus militis in ueſte incluſæ, & abſciſſæ ſunt repertæ? Quòd denique erratorum a Dijs veniam precarentur, quod penitentis animi indicium eſt, eoſque orationibus, thuribus, ac ſacrificijs placatos ſibi reddere curarent, qui gentilium libros, & carmina legerint compertiſſimum habent. Dixit enim illorum quidam. (lib. 1. de Neglecta Relig.)

Ouid. 5. Faſt.
Sæpe Iouem vidi, cum ſua mittere vellet.
Fulmina, thure dato continuiſſe manum.

Alibi quoque ait.

1 De Pōto.
Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt.
Cum bene peccati pœnituiſſe vident.

¶ *Hominis pœnitentia per liberum arbitrium, oſtenditur. Cap. XIX.*

SI ergo gentiles, qui Deum, vt eſt obiectum beatitudinis: peccati, & pœnitentiæ veram rationem non cognouerunt; quòd videlicet peccato Dei amicitia violatur; & quia pœnitentia peccatum deletur, ac in Dei amicitiam, & gratiam homo reuocatur; ſed tantum quatenus eſt virtus quædam moralis, qua peccatum, inquantũ rectę rationi aduerſatur cognoſcitur, & quòd peccato Deus, ut iuſtus offenditur; adeò naturæ lumine peccatum deteſtati ſunt, & malè actæ prioris vitæ, vel alicuius facti diſplicentiam habuerunt; cur peccator fidelis præſtare id minimè valeat; cũ Dei iuſtitiam, & clementiam, quàmque peccatum Deo diſpliceat, ſibique aduerſetur lucidius agnoſcatur? Et de hac humani animi pœnitentia per liberum arbitrium acquiſita, loquens Origenes de pœnitentia Iudæ ait, [Vnde eſt quòd Iudas peccatum ſuum cognoſcens dixit, *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*, niſi ex bona plantatione mentis, & ſeminatione virtutis, quæ ſeminata eſt, in qualibet rationali anima?] Poteſt ergo homo per liberum arbitrium peccati pœnitudinem (etſi imperfectam) admittere. *Trac. 35 Matth. 27.*

Præt. 2. Quærens D. Tho. An præparanti ſe ad gratiam neceſſariò detur gratia; ita reſpondet. Quòd præparanti ſe per diuinam motionem neceſſariò, *1.2. q. 112. art. 3.*

ceſſariò, ideſt infallibiliter, confertur gratia; non autem præparanti ſe per liberum arbitrium. Vbi (vt apparet) D.Tho. non negat, quòd homo per liberum arbitrium, quo ad ſubſtãtiam actus, ſiue quo ad ipſam rei duntaxat actionem, & ſolam externam rei geſtæ executionem, non poſſit ea efficere, quæ homo gratiæ adiutus auxilio efficit; ſed hoc tantum aſſerit, quòd non ita efficaciter ea prę ſtare valet, vt ei infallibiliter gratia conferatur. Et tamen ad gratiæ præparationem, tum diſplicentia commiſſi peccati, tum de cætero ab eo abſtinendi propoſitum, exigitur. Naturali igitur lumine, peccati pœnitere poterit.

4. d. 17. q. 2 ar. 2 q. la 6 c. ca. 107. ¶Præt. 3. Loquens D.Th. de attritione (quam contritionem informem vocat) dicit attritionem eſſe, quando quis cogitat de peccato & dolet. Cũ ergo (vt dicetur) attritio ex facultate naturæ haberi poſſit, cur non eiuſdem naturæ poteſtate, poterit quis de peccato dolere, in quantum peccatũ malum eſt, ſiue Dei offenſiuum?

c. 36. ¶Adhuc 4. Vt inferius dicetur; Deus facienti quod in ſe eſt, etiã per liberum arbitrium, ex ſua benignitate gratiam non denegabit. Id autem abſque peccati dolore, & correctionis propoſito fieri minimè valet: Igitur aliquo pacto per liberum arbitrium pœnitere aliquem poterit.

¶Præt. 5. Liberi arbitrij, & operum ab ipſo proficiſcentium in ſufficientia, in hoc tantum a Patribus Concilij aduerſus Pelagium damnata eſt; Quòd homo nedum exequi, verum nec cogitare aliquid valet, quod gratiæ meritorium ſit; num-

quàm

quàm tamen dixerunt Patres, quòd nullum peccat dolorem,& propoſitum ab eo abſtinendi, admittere non poſſet. Cumque Pelagius diceret, ꝙ Deus eſſet acceptor perſonarum, ſi facienti quod in ſe eſt per liberum arbitrium, gratiam negaret; numquàm Patres Pelagio in hoc contradixerunt, quòd dolorem de peccato, & propoſitum ab eo abſtinendi (quod eſt facere quod in ſe eſt per liberum arbitrium) admittere homo non poſſet; ſed aliter (ut dicetur) ſibi reſpondebant. Quod certè ſignum eſt, hominem per liberum arbitriũ (ſaltem imperfectè) id poſſe efficere. Qua propter & Patres Concilij Tridentini, priorum ſanctorum Patrum uerbis, & conſenſui inhærentes, cum de hominis inſufficiẽtia reſpectu gratiæ obtinendæ uerba facerent, non quemlibet pœnitendi actum libero arbitrio abſtulerunt; ſed tantum verum, perfectum, & efficacem dicẽtes, [Si quis dixerit, ſine præuenıente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.] Adeò ut non intellexerint Patres de qualicumque odio ac peccati dolore, ſed de ſufficienti, & efficaci, ad quem certè naturæ vires aſſequendum, nullo pacto ſatis eſſe aſſerimus. Cum ergo naturæ lumine Deus cognoſcatur, dicente D. Paulo, *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, a creatura mundi conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas*, peccatumque quatenus eſt contra legem Dei, vt Tullij teſtimonio diximus, cognoſci poſſit; cur ſicut de offenſis amici

c. 17. *Seſ. 6. Can. 3.* *Rom. 2.* *c. 17.*

amici triſtamur (vt ad rem propoſitam reuertamur) de offenſis ac iniurijs Dei, aliquo pacto pœnitere non valebimus? Cur autem magis moueamur his, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, quàm ſpiritualibus, magiſque amici offenſis, quàm Dei iniuriis prænamur, inferius oſtendetur. *Tract. 3. c. 16.*

¶ *Quædam prædictis obijciuntur.* *Cap. XX.*

HIs quæ diximus, dicet fortè quiſpiam D. Pauli doctrina aduerſari videtur, cum ait, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra, ex Deo eſt.* Dolere autem de offenſa Dei, & eiuſdem emendationis propoſitum admittere, optima, ſanctaque res eſt; Videtur ergo quòd abſque ſpeciali Dei auxilio, nullam peccati diſplicentiam concipere poſſimus. *2 Cor. 3.*

¶ Præt. 2. Scribens B. Aug. contra Pelagianos ait, [Neque poteſt homo aliquid boni velle; niſi adiuuetur ab eo, qui malum nō poteſt velle] hoc eſt a gratia Dei.

1.2.q. 109.art. 2. ¶ Præt. 3. Ait D. Tho. Quòd homo abſque gratia nedum facere, verum nec velle aliquod bonū poteſt. Igitur abſque gratuito Dei auxilio, nec de peccato admiſſo dolorem concipere, nec voluntatem illud in poſterum excludendi, admittere poterit.

¶*Homo per ſolum generalem Dei concurſum, poteſt aliqua bona moralia agere. Cap. XXI.*

VErum contra hæc, quæ obiecta ſunt, eſt authoritas D. Ambroſij dicentis, [Et ſi voluntas hominis ante iuſtificationem deprauata ſit, volendi tamen vim non amiſit, quòd nihil tam ſit in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, ſeu ipſum velle.] Ergo in noſtra ſitum eſt facultate, & admiſſi peccati dolorem, & illius correctionis propoſitum (quàmuis imperfectè) adhibere. *lib. 3. de vocatione gentium.*

¶Præt. 2. Hæc eſt naturæ lex, vt ait Chriſtus, *Quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis*. Cum autem naturali appetitu, quilibet optet ſibi opem ab omnibus ferri, & a nemine lædi, cur non poterit erga proximos quis ſic eſſe affectus? Cum igitur velle alteri prodeſſe, & neminem iniuria afficere, æquum bonumque ſit, ergo naturali lumine de bono exequendo cogitare poterit, illudq; exequi. *Matth. 7*

¶Præt. 3. Scribens B. Paulus ad Rom. Philoſophos gentiles, mundiquè ſapientes damnat, quòd cum Deum naturali lumine cognouiſſent, *Non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt*, ſicut talis naturæ lumine proſpicere poterant. Cum igitur Deum venerari, ipſique pro acceptis beneficijs gratias referre optimum ſit; idque natura duce aliquo modo exequi poſſit, igitur, & velle, & *Primo.*

operari aliquod bonum morale, per ſolas naturæ vires, poſſumus.

¶Præt. 4. Deum ſacrificijs venerari ad religionem pietatemque ſpectat, & tamen (vt ait Philo- *Ethic. 1.* ſophus) Sacrificium ineſt homini a natura. Eius namque inſtinctu nedum Abel & Cain, verum & quæuis alia natio, aliquo ſacrificij genere Deum venerata eſt; vel ſaltem illos quos errore ducti, Deos ipſi putabant.

¶Huc accedit. 5. Quòd honorare parentes, erga amicos gratum ſe oſtendere: propriæ vitæ ob patriæ ſalutem non parcere: iniuriarum obliuiſci, ac inimicis ſe clementem exhibere, ſunt actus nõ mediocris virtutis; quæ tamen gentiles veri Dei cognitione carentes, ſolo naturæ lumine peregiſſe comperimus.

1.2.q. 109.art. 2.c. ¶Præt. 6. Loquens D. Tho. de homine in ſtatu naturæ corruptæ ait, Quòd poteſt per uirtutem ſuæ naturæ aliquod bonum particulare agere, nõ tamẽ totum bonum naturę ſuæ proportionatum, ſiue connaturale, ita vt in nullo deficiat, quemadmodum poterat homo in ſtatu naturæ integræ, ſicut fuit in primo parente ante peccatum. Ex cuius articuli doctrina (vt ibi Caietanus admonet) habetur, quòd homo in ſtatu naturæ corruptæ poteſt per ſua naturalia, quantum eſt ex ſufficientia operatiuæ virtutis, operari aliquod opus moraliter bonum, licet non poſſit vniuerſum opus bonum moraliter facere. Et Arti. 4. eiuſdem Quæſt. Quęrens an homo per ſua naturalia poſſit præcepta legis implere, dixit, Quòd homo in ſtatu naturæ

integrę,

integræ, poterat omnia mandata legis implere; in ſtatu autem naturæ corruptæ, non poteſt omnia. Adeò quòd natura integra, & corrupta non differunt in hoc (vt Caietanus ait) quòd illa poſſet omnes ſuos actus bonos facere, iſta nullos; ſed in hoc eſt differentia; quòd illa omnes & ſingulos; iſta non omnes. Taliter, quòd licet poſſit ſingulos actus efficere, quo ad ſubſtantiam (vt dictum eſt) actus; non tamen poteſt efficere omnes, ita vt in nullo deficiat. Sicut enim homo infirmus aliqua opera hominis ſani efficere poteſt, vt audire, loqui, videre, odorare & ſimilia; non tamen omnia, vt ambulare, & illiusmodi; ita & homo in ſtatu naturæ corruptæ, licet non poſſit totum bonum morale, poteſt tamen aliquod, exequi. Et quàmuis D. Tho. afferat exemplum de naturalibus, vt de agricultura, ædificatione domorum, de amicitia ciuili, & ſimilibus, & non de moralibus; quapropter alicui forte videri poterit, quòd nullum bonum morale poſſit efficere; dicitur quòd ex hoc, quòd homo poteſt ędificare domos, plantare vineas, quando & ſicut oportet, quę ſunt opera virtutis acquiſitæ; cum ars ſit vna quinque virtutum intellectualium (vt ait Ariſtoteles) *Etic.6.* ſequitur quòd poſſit aliquod opus bonum morale per ſua naturalia facere abſq; gratia, ſiue abſq; Dei motione gratuita, licet non abſque diuino aliquo auxilio; ſeu abſque Dei generali motione; Et pręterea amicitia etiam ciuilis, uel eſt virtus acquiſita, vel in virtute acquiſita fundata. Quare ex D. Tho. doctrina colligi poteſt; quòd homo

ſine gratuita Dei motione poſſit aliquod bonum
2. d. 28. opus morale efficere. Et ideo (vt idem ait. [Ho
art. 1. ad mo poteſt iuſta operari, & multa bona facere ſine
1. & 4. aliqua gratia naturalibus ſuperaddita; quàmuis
non meritoria.]

Rom. 2. ¶Adhuc. 7. Ait D. Paulus, quòd, *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex; qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Vt autem ibi admonet D. Th. id de lege naturæ intelligitur; qua homo operari poteſt aliquod iuſtum; vt honorare parentes, reddere depoſitum, inimicis indulgere; eligere vitationem malorum, puta homicidij, adulterij, furti, ne faciat rem iniuſtam, & ſimilia. Et ideò loquens D. Aug. de infidelibus ait, quòd etiam in vita impia, aliqua bona opera reperiuntur; & ſi ad ſalutem & vitam æternam non proſint; cum imago Dei in homine, & ſi ob peccatum obſcurata, non tamen pęnitus ſit deleta D. quoque Cr. ſoſtomus de quibuſdam gentilibus verba faciens ait, quòd ſola naturali ratione adiuti, aliqua legis præcepta impleuerunt, cum etiam apud eos plures reperti ſint, qui inimicis indulſerint, qui voluntariam paupertatem, pœnitus abiectis diuitijs elegerint, qui continentiam, & virginitatem ſeruauerint, & alia virtutis opera peregerint.

De ſpiritu, & litera.

Hom. 3. 1. Cor.

¶Adhuc 8. Hoc tandem pro huius loci roboratione addi poſſe videtur; Quòd cum quælibet res naturalis ſola Dei generali influentia, producere poſſit effectum virtuti ſuæ parem, adæquatum ſiue proportionatũ, cur homo, qui eſt animal rationale,

tionale, diſcurſiuum, quique liberè ad opera ſua exequenda, tam interna, quàm externa mouetur; id minimè præſtare valebit? Erit igitur ſi ita ſit, cæteris rebus ſenſu ac ratione carentibus, deterioris conditionis. Si autem dicatur; id homini propter naturæ corruptæ uitium, ſeu propter originale peccatum euenire; Dicitur ad hoc, quòd cum vires hominis per peccatum non ſint extinctæ, ſed vitiatæ ac debilitatæ; ea, quæ ſenſui ac rationi ſubiecta ſunt, ſuis uiribus efficere poterit; & ob id tum ciuilia, tum externa legis opera, quæ a D. Paulo vocantur iuſtitia carnis, ſiue iuſtitia, quæ ex lege eſt, prout patitur ſtatus naturæ corruptæ, per ſeipſum exequi poterit. Et certè aſſerere hominē per liberum arbitrium nullum opus bonum morale efficere poſſe, id humanæ naturæ uires nimium eneruare ac eſtringere uidetur; eam q. deterioris ac uilioris conditionis, quàm ſint omnes res purè naturales efficere; cum ab ipſa naturalis operationis principia remoueat, nempe non cognoſcere bonum naturæ ſuæ adæquatum, nec illud exequi poſſe. Ergo per ſe ipſum abſque exteriori auxilio, ſed ſolum generali influxu adiutus, poterit quis tum velle, tum etiam morale aliquod bonum efficere, & ob id (etſi non ſicut oportet) tum admiſſi peccati dolorem; tum ab eo de cætero præcauendi, propoſitum aliquod admittere.

Phil. 3.

¶ Declaratur authoritas D. Pauli; Non ſumus ſuffi-cientes. Cap. XXII.

AD authoritatem ergo D. Pauli dicitur, quòd non fuit eius mentis aſſerere, quòd homo abſq; ſpeciali Dei auxilio nullum opus bonum morale poſſit efficere; alioquin fruſtra mundi ſapientes damnaſſet quòd, *Cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.* ſi id per liberum arbitrium nullo pacto preſtare potuiſſent; Sed loquitur D. Paulus de cogitatione morali bona ac perfecta, ſiue meritoria; uel quę eſt proximè ad gratiam Dei recipiendam, diſpoſitiua; quę quidem per naturam haberi non poteſt; ſed tantum illius dono, qui

Phil. 2. (ut ait D. Paulus) *Pro bona voluntate ſua dat velle.* Et ideo ſtatim ſubdit, *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Quibus uerbis, oſtendit ſe loqui de cogitatu perfecto, & meritorio, vel efficaci ſaltem ad iuſtitiam conſequendam; quod abſque Dei munere

De præ-deſt. ſāct. haberi non poteſt. Et hoc eſt, quod ait D. Auguſt. quòd, (Non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum, & cogitationes noſtrę,] ita uidelicet, ut bonum perfectè uelle, & deſiderare poſſimus; quoniam

c. 22. (vt habetur ex doctrina Concilij Arauſicani) per naturæ uigorem homo nedum facere, uerum nec cogitare aliquod bonum poteſt, quod ad ſalutem uitę ęternę pertineat.

Declaratur

¶*Declaratur authoritas D. Pauli, Velle adiacet mihi. Cap. XXIII.*

NEc uerò his, quę modo diximus, obſtat D. Pauli ſententia dicentis ad Rom. *Velle adiacet mihi*. Quoniam 7.
dum ad Corint. ſcribens ait, *Non ſu* 2.c.3.
mus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, loquitur de homine per ſolas naturę uires adiuto, Cum autem dicit, *Velle adiacet mihi*, loquitur de homine adiuto, & per Dei gratiam reparato; qui uelle, & exequi bonum meritorium ualet. Et quàmuis ſtatim D. Paulus ſequatur, *Perficere bonum non inuenio*; per quod inſinuari uidetur, quòd non loquatur de homine per gratiam reparato, cum talis tum uelle, tũ proſequi bonum ualeat, dicitur quòd intentio D. Pau. eo in loco eſt oſtendere, quòd donum gratię ſuperiorem hominis partem inhabitat, ſcilicet animam, non autem in inferiori de qua dixerat, *Scio quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum*, quoniam gratia non reformat carnem, ſed mentem. Et ideo ſequitur, *Perficere bonum non inuenio*: ita ſcilicet, ut ait D. Tho. [Vt concupiſcentiam totaliter excludam.]

Superioribus obiectionib. reſpondetur. Cap. XXIIII.

QVòd autem hęc, quę diximus de hominis libertate, quod per ſolas naturę uires tum

aliqualiter pœnitere de peccato poſſit, tum peccandi uoluntatem (ſaltem imperfectè) excludere; doctrinæ Concilij contraria non ſint, immo planè correſpondeant, liquido oſtenditur; quoniam dum loquitur de neceſſitate gratię pręuenientis ad hoc, ut poſſit quis a peccato liberari, non dicit ſimpliciter & abſolutè, quòd abſque auxilio gratię pręuenientis non poſſit quis peccatum deteſtari; ſed hoc tantum docet, quòd ſine auxilio gratię pręuenientis non poteſt efficaciter,
Seſſ.6. perfectè, & ſufficienter id agere dicens. [Si quis di
Can.3. xerit, ſine pręueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem poſſe pœnitere, ſicut oportet, anathema ſit.] Bene notanda ac ponderanda ſunt uerba illa, [Sicut oportet.] Talis enim eorum ſenſus eſſe uidetur: Quòd homo
1.2.q. perfectè & efficaciter, ſiue ut ait D. Tho. ut certè,
112.ar. & infallibiliter gratia ſequatur, pœnitere non po-
3.c. teſt: quod certè ueriſſimum eſſe fuſius inferius
c.33. oſtendetur. Abſquè auxilio etenim gratię, homo nec uelle, nec exequi aliquod bonum meritoriũ poteſt, Ad dictum B. Aug. reſpondetur, quod B. Aug. ea ſola, bona opera ſolet appellare, quę ad pietatem pertinent, & in gratia fiunt, ſiue quę proximè ad gratiam diſponunt: Ait enim ſcribens
c.26. contra Pelagium, & Celeſtinum, quod, [Vbi non eſt dilectio, nullum bonum opus imputatur, neque rectè bonum opus uocatur.] Et de prędeſtinatione ſanctorum, damnat omnia opera infide-
c.10. lium: & omnia, quę præcedunt fidem inania eſſe dicit, quantumcumque uideantur laudabilia.

Hac

Hac quoque reſponſione ſoluuntur, quę contra ex D. Th. allata ſunt. Loquitur enim D. Th. nõ de opere bono pure morali, quod etiam a peccatore effici poteſt, ſed de bono opere meritorio, quo homo verè bonus efficitur, quod certè abſq. gratia effici non ualet. Et ideo citat authoritatem D. Pauli dicentis, *Non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis.* 1. 2. q. 109. art. 2. c. Rom. 9.

Abſque auxilio gratiæ non poteſt efficaciter homo ad gratiam ſe præparare. Cap. XXV.

CVM ergo ſatis oſtenſum ſit, quid per ſeipſum homo abſque ſpeciali Dei auxilio efficere poſſit, quod ad priorem propoſitionis partem; quæ ſuperius ſtatuta eſt, ſpectat: reliquum eſt, ut poſterior eius pars probetur; uidelicet, quòd homo abſque ſpeciali auxilio gratiæ, non poteſt ſe ad eius receptionẽ præparare. Hanc propoſitionẽ D. Tho. probat authoritate Chriſti dicentis quòd *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*. Si autem homo ſeipſum præparare poſſet, non oporteret quòd ab alio traheretur. Igitur homo abſque auxilio gratię, non poteſt ſe ad gratiã præparare. Et hanc concluſionem, ut bene aduertit Dominicus Soto, D. Tho. non tenet tanquã opinionem, ſed tamquàm de fide Chriſti. Quod autem meritò id a D. Tho. fiat, patet ex doctrina Concilij Triden. dicentis [Qui per peccata a Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuã c. 7. 1. 2. qu. 109. ar. 6. Ioan. 6. De Nat. & Gra. lib. 2. Seſſ. 6. cap. 5.

tem

tem gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuam ipſius iuſtificationem, diſponuntur] Nomine autẽ
Cap. 3. gratiæ excitantis, ſeu adiuuantis, ut ſuperius diximus, auxilium ſpeciale, ſiue gratia prçueniẽs intelligitur. Quç Concilij Trident. doctrina ex B. Aug. quoq; doctrina excerpta videtur. Ait enim in lib. de fide ad Petrum [Firmiſſimè tene, & nul-
Cap. 15. latenus dubites, neminem poſſe hominum pœnitentiam agere, niſi quem Deus illuminauerit, & gratuita miſeratione conuerterit] Meritò ergo ait D. Tho. quòd homo non poteſt ſe præparare ad lumen gratiæ, ſcilicet iuſtificantis, ſiue habitualis, ſuſcipiendum, niſi per auxilium Dei gratuitum. Alibi quoque ait quòd [Præparatio ſecun-
1. 2. q. 112. ar. 3. c. dum quod eſt a libero arbitrio, nullam habet neceſſitatem ad gratiæ conſecutionem] Et hæc D. Tho doctrina benè ponderari debet, nedum ab his, qui hæreſim Pelagij, vel eius uicinitatem effugere uoluerint; uerum, & ab illis, qui diutius in peccati ſtatu permanere uolunt; putantes pro uoluntatis ſuç arbitrio, iugum peccati ſe poſſe ecceruicibus excutere: quoniam cũ oblatæ ſibi a Deo gratiæ pluries reſtiterint, ac rebelles fuerint, in talis repugnantiæ pœnam plerumque eis accidit, ut peccatorum remiſſionem, quæ per Dei gratiã nobis confertur dicente Apoſtolo, *Gratia ſaluati*
Ephes. 2. *eſtis*, a Deo petentes, minimè obtineant. Et licet aliquo ualido terrore concuſſi aliquando cla-
Mat. 25. mitent, *Domine Domine aperi nobis* plerumque reſponsũ illis a Deo datur, *Neſcio uos*, & in eis illud Zachariè dictũ uerificatur, *Clamaui, & non audie-*

runt;

runt; ipſi quoque clamabunt, & ego non exaudiam; ut ſuperius dictum fuit, ac inferius dicitur. *Cap. 12. Tract. 2. cap. 35. Tract. 3. cap. 24.*

¶ Peccati perfecta diſplicentia a Deo nobis tribuitur. Cap. XVI.

NEC hęc, quæ diximus aduerſantur authoritati Domini dicentis. Inquacumque hora ingemuerit peccator, non recordabor: ex quibus uerbis forte alicui colligi poſſe uidebitur, quòd in noſtra ſitum ſit facultate, uerè, & perfectè de peccatis pœnitere, quandocumque nobis placuerit: quoniam uerus peccati dolor, eiuſque deteſtatio, non eſt a nobis, ſed a Deo, dicente Propheta, *Poſtquàm cõuertiſti me, egi pœnitẽtiam.* *Iar. 31.* Qui quidem, non iuxta arbitrium noſtrum, ſed ſecundum beneplacitum ſuum, dat compunctionis ſpiritum, dicente Diuo Paulo quòd *Operatur omnia, ſecũdum conſilium voluntatis ſuæ.* *Epheſ. 1.* Et hoc eſt, quod ait B. Bernardus [Quis ſcindet cordis duritiam, niſi qui in paſſione ſua petras ſcidit? Quis dabit cor pænitens, niſi a quo eſt omne datum optimum?] *De tripli ci miſeri cordia.* Hoc autẽ uolens nobis Deus aperire per Iſaiam, dixit, *Effundam ſuper uos aquam mundam;* *Ezech. 36.* Peccati uidelicet diſplicentiam, & cõpunctionis ſpiritum; quo corda peccatorũ, a peccati ſordibus abluũtur: per quod oſtẽditur ꝙ uera, & efficax peccati deteſtatio, ſiue diſplicentia, nõ a noſtra præcipuè uolũtate oritur, ſed a Dei dependet arbitrio. Quod quidẽ D. Paulus nobis inſinuare uolens, ſcribens a Tim. dixit

Ne

Ne quando det illis Deus pœnitentiam, & reſipiſcant a laqueis diaboli a quo captiui tenentur. Quæ D.Pauli uerba Caiet. tractans ait,quòd aduerbium illud Ne,non prohibentis,ſed dubitantis eſt;ac ſi diceret, ſi quando. Dixit autem,*Si quando Deus det illis pœnitentiam,* & non ſi quando ipſos pœniteat; quoniam diuinæ gratiæ donum eſt pœnitentia in remiſſionem peccati.Adeò quòd uelle pœnitere: uelle reſipiſcere, uelle peccatorum remiſſionem non eſt a ſola uoluntate, ſed Deus eſt, qui bonum uelle inſpirat;& cor pœnitens tribuit.

¶ *Abſque auxilio gratiæ, non poteſt homo a peccato reſurgere. Cap. XXVII.*

QVòd autem abſq; gratię præuenientis
munere,a peccato reſurgere nequaq̃
ualeamus, id tum Dauidis,tum etiã
D.Petri exemplis manifeſtatur;quo
rum alter nunquam in peccati deuenit cognitio-
nem, quouſque ipſum Deus per Nathan Prophe
2.reg.12 tam monitum fecit; alter uerò negationi finem
non impoſuit,nec lapſum agnouit, quouſque cũ
Luc.22. Chriſtus non reſpexiſſet. Per quæ ſanè exem-
pla oſtenditur,quòd homo in peccatum lapſus, ni
ſi Dei pręueniatur auxilio, uerè & efficaciter pec
catum deteſtari non ualet;nec ab eius ſe ſeruitute
eximere. Hoc idem B. Euangeliſta Ioannes in
exordio ſui euangelij aperire nobis curauit. Mo-
dum enim, quo filij Adam, filij Dei efficiuntur
Ioan.1. explicare uolens,cum dixiſſet, *Dedit eis poteſtatẽ*
filios

filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, ſtatim ſubintulit dicens, *Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri;* Per quę naturæ facultas ac diſpoſitio, aperirur. Dicens uero poſtea, *Sed ex Deo nati ſunt,* uirtutẽ gratiæ, qua a peccato liberamur, & filij Dei efficimur, oſtendere uoluit. D. quoq. Paulus eandem probans ſentẽtiam dixit quòd, *Non eſt uolentis, neque currentis ſed Dei miſerentis eſt.* Dicens, *Non eſt uolentis,* Oſtendit humanæ diſpoſitionis in ſufficientiam ac imbecillitatem. Dicens, *Sed Dei eſt miſerentis,* uim ac efficaciam gratiæ oſtendere uoluit. Inſignem hanc doctrinam B. Apoſtolus, ut ſacrarum peritiſſimus litterarum, forte ex Iſaiæ, & Ieremię prophetarum dictis collegit; qui inter Deum & homines, eam aſſerunt ſimilitudinem reperiri; quæ inter figulum, & lutum diſcernitur, dicente Deo per Ieremiam, *Sicut uas in manu figuli, ſic & uos in manu mea.* Sicut ergo figulus (licet lutum ſit ad omnes formas recipiendas diſpoſitum) non tenetur luto aliquam peculiarem imprimere formam; ſed pro uoluntatis ſuæ libito, diuerſas luto formas imprimit, ac coaptat, ita nec ex neceſſitate a Deo homini gratia confertur; quãtumcumque ſe diſponat ac præparet. Qua propter cũ diceret Pelagius, quòd Deus eſſet perſonarum acceptor, ſi facienti quod in ſe eſt per naturæ uires gratiam negaret, reſpondebatur ſibi a catholicæ fidei defenſoribus. quòd Deus nemini tenetur exemplo figuli, ut modo fecimus, utentes.

Rom. 9.

cap. 64.

Hie. ca. 18.

Præ-

Prædictis obijcitur. *Cap. XXVIII.*

VErum, cum tam bonum, quàm malum ab uno eodemque fonte ſcaturiant, a libero ſcilicet arbitrio; uidetur quòd ſicut pleno conſenſu peccato aſſenſum adhibentes, ſtatim illius miſerabilem incurrimus
Ioan. 7. ſeruitutem, dicente Chriſto, *Qui facit peccatum ſeruus, eſt peccati;* ita quoq., quod uoluntatem peccādi per liberum arbitrium excludentes a peccati ſeruitute euadere poſſimus. Hoc autem ſic manifeſtatur. Duo requiruntur adhoc, vt per cordis contritionem, poſſit quis in Dei gratiam ac amicitiam reuocari, nempe admiſſi peccati dolor, ſeu diſplicētia: ac propoſitum ab illo in poſterum præ
Cap. 15. cauendi; hæc autem, ut ſupradictum fuit, per nos ipſos efficere poſſumus; ergo abſque peculiari Dei auxilio in Dei gratiam poſſumus reuocari, quod & Pelagius aſſerebat.

Reſpondetur obiectis. *Cap. XXIX.*

VErum his, hoc primum obſtat; quòd peccatorum remiſſio non niſi per gratiam haberi poteſt; quæ quidem non ex naturæ facultate, ſed Dei dono no
Pſal. 83. tribuitur, dicente Dauide, *Gratiam & gloriam dabit Dominus;* ergo ad id naturæ vires non ſufficiūt.
Ioan. 15. ¶ Præterea. 2. Ait Saluator quòd *Sine me nihil poteſtis facere.* Adeò quòd ſicut ſine eo, quatenus eſt naturæ principium, de quo ſcriptum eſt, *Sine ip-*

ſo

ſo factum eſt nihil, nihil pænitus agere poſſumus nec quouis motu moueri:ita ſine eo quatenus eſt gratię principium, dicente quòd Ioanne Baptiſta, *Gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt*; eam recipere non ualemus; qua propter nec a peccato per nos reſurgere poſſumus. Quo autem obiectis ſatisfiat, Dicitur quòd & ſi tam bonum quàm malum, a noſtro proficiſcantur arbitrio, differenter tamen ab illo profluunt. Nam malum immediatè ab ipſo procedit, dicente ſcriptura, *Perditio tua* ex te, Bonum auté immediatè a Deo proficiſcitur, nobiſq; confertur, dicente Deo, *Auxilium tuum tantummodo ex me*. Quapropter dicitur, quòd non eſt paritas ſiue ſimilitudo inter peccati caſum ſiue lapſum, & ereptionem ſeu reſurrectionem ab eodem. Siue quod idem eſt; non eſt par ratio electionis peccati, & diſpoſitionis ad gratiam ſuſcipiendā; nam in peccatum labi, in noſtra ſitum eſt facultate; ab eius autē ſe iugo excutere, illius eſt donum, qui dixit, *Si uos filius liberauerit, verè liberi eritis*. Et ob id etiam, meritò negari debet minor illa propoſitio; quę pro roboratione prioris rationis allata eſt, quòd abſque ſpeciali Dei auxilio, poſſit quis de admiſſa culpa dolere; & propoſitū de futuro abſtinēdi, uerè & efficaciter; ſiue ſicut oportet, ut ſuperius *dictum fuit*, admittere.

Oſæ. 13. *Ioan. 7.* *c. 28.*

¶*Cur perſeipſum bonum, ueluti malum efficere homo non poſſit*. *Cap. XXX*.

SI quis autem quęrat, Cur bonum veluti malū per nos efficere non poſſimus, Dicitur quòd *Cap. 19. & 24.*

id

id accidit, quoniã gratiæ origo non proficiſcitur ab hominis voluntate, quemadmodum peccatũ; ſed a Deo. Hoc autem ita ſe habere liquidò patebit; ſi quis diligenter uerba illa, quæ dixit Dominus ad Cain, attentè meditari uoluerit. Loquens enim Deus de dono gratiæ dixit, *Nonne ſi bene* Gen. 4. *egeris recipies?* ponderetur hoc verbum, *Recipies.* Tanquàm ſe aliundè, ſiue alterius dono eam recepturus aſſet. At verò de peccato loquens, ſubiũxit, ***Si autem malè, ſtatim peccatum tuum foribus tuis aderit.*** Veluti ſi dixiſſet. Quàm primum peccato aſſenſum præbueris, ſtatim eius ſeruitutem incurres. Quàmuis enim peccatum non ſit homini naturale (quoniam ſi naturale homini eſſet, ſicut non offenditur a nobis Deus, dum comedimus, bibimus, quieſcimus, ac ſimilia naturę opera ex plemus, ita peccati operibus inhærentes, nequaquàm illius amicitiam uiolaremus, quoniã (ut ait Philoſophus) in naturalibus nõ meremur, neque demeremur adeò tamen eſt uoluntatis opus, quòd quandocumque uolunras illud committere ſtatuerit ac deliberauerit, ſolo aſſenſu id efficere poterit. Hanc etiam peccati & gratiæ diſtinctionem, nimirum quòd gratia donum Dei ſit, peccatum autem malum noſtrum; Propheta nobis aperire curauit, cum loquens de gratia, eã rem Dei appellauit dicens, *Miſerere mei ſecundum* Pſal. 50. *magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.* De peccato autem uerba faciens, rem & malum ſuum ipſum uocauit dicens, *Dele iniquitatem meam Laua me ab iniquita-*

te

te mea; Et a peccato meo munda me. Quoniã iniquitatẽ meã agnoſco. & peccatum meum cõtra me eſt ſemper. Quibus uerbis Dauid, bis gratiã rem & Dei donũ, ut videre eſt, appellat; quinquies verò peccatum, rem et malum ſuum uocat. Qua propter meritò ex doctrina Concilij Arauſicani habetur: Quòd homo nihil habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum dicente D. Paulo, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis*. Et ideo Diuus Thomas loquens de hominis facultate ſiue libertate ad malum dixit quòd, [Natura per ſeipſam deficere poteſt;] Ecõtra autẽ, de eius indiſpoſitione ac inſufficientia ad gratiam recipiendam uerba faciens, dixit quòd [Liberum arbitrium ad Deum conuerti non poteſt, niſi Deo ipſum ad ſe conuertente, dicente Propheta, Conuerte me ad te, & cõuertar.] Quæ D. Tho. doctrina, collecta uidetur ex ſententia B. Aug. dicentis quòd, [Liberum arbitrium per ſe ipſum ad peccatum ſufficit; ad bonum autem appetendum, aut peragendum, minimè, niſi Dei gratia adiuuetur.] Hæc autem, quæ diximus, D. Criſoſtomi doctrinę, admodum conſona uidentur. Loquens enim de homine, Dei gratia ob peccatum deſtituto, eum naui clauo carente, ac gubernaculo, comparauit; quæ non ubi Rector uoluerit, ſed vbi eam uis tempeſtatis aſportauerit, ducitur. Eius uerba ſic habent. [Sic homo diuinæ auxilio gratia perdito per peccatum, non quod vult, ſed quod diabolus uult, agit. Et niſi eum Deus ualida manu miſericordię ſuę ſoluerit, uſque ad mortẽ in peccatorum ſuorum fæcibus

Cap. 22.

2. Cor. 3.

Hier. 31.

permanebit. Ex qua ſanè doctrina admodum clare colligitur; quòd homo abſq. diuinæ gratiæ auxilio, nullo pacto a peccato reſurgere valet.

¶ *Pro clariori doctrina, obiectiones aliquæ fiunt. Cap. XXXI.*

VErum hæc, quæ diximus, longè eſſe uidentur, ab illa propoſitione adeo apud Theologos uulgata, & quę per omnium ora poſſim circunfertur; videlicet quod, Facienti quod in ſe eſt, Deus gratiá non denegat. Et quoniam teſte ſcriptura, *Cor hominis diſponit uiam ſuam*, *& Hominis eſt animũ præparare;* cum nihil ita ſit in poteſtate noſtra ueluti uoluntas noſtra, uidetur quòd ſemper facere poſſimus, quod in nobis eſt. Cum igitur nobis præcipiatur, ut ad Deum conuertamur, dicente Deo pecccatoribus, *Conuertimini ad me in toto corde ueſtro;* Vt a peccatis reſurgamus. dicente eodem per Prophetam, *Proijcite a uobis omnes iniquitates veſtras, & facite uobis cor nouum, & ſpiritum nouum;* Vtq. ad gratiæ receptionem nos ipſos præparemus, dicente ſcriptura, *Præparate corda ueſtra Domino;* uidentur omnia hæc in noſtra ſita eſſe facultate, & quòd abſq. exterioris auxilij adminiculo, ea agere ualeamus. Igitur per nos ipſos ad gratiæ receptionem, & ad peccatorum remiſſionem obtinendam, nos præparare ualebimus.

Prou. 16 *Ioel. 2.* *Ezech. 18.* *2. reg. 8.*

¶ Præt. 2. Gloſa, exponens illud D. Pauli dictum, *Iuſtificati ex fide*, (quæ etiam uidetur eſſe B. Aug. ſenten-

Rom. 5.

ſententia) ait quòd [ſi Deus non reciperet confu
giẽtes ad ſe, eſſet in eo iniquitas,] quod tamen 1. 2. q.
nullo pacto de eo eſt aſſerendum. Vel ergo Gloſæ 112. ar.
dictum intelligitur de homine, per gratiam Dei 3. arg. 1.
reparato & adiuto, uel de eo, prout per ſolas libe
ri arbitrij uires ad Deum confugit, ac peccatorum
remiſſionem implorat. Si loquitur de homine per
Dei gratiam reparato, nihil uidetur ad rẽ dicere,
quoniam peccatorum remiſſionem iam aſſequ-
tus eſt. Si autem loquitur de homine per naturę
uires ad Deum confugium habente; cum quili-
bet ſolo libero arbitrio poſſit peccatorum remiſ-
ſionem optare, ut ſupra dictũ fut, uidetur quòd C. 15. 19.
nullo pacto debeat ſibi auxilium denegari. Igitur
per ſe ipſum, quilibet taliter ſe poterit ad gratiam
pręparare, ut infallibiliter ipſam conſequatur.

¶ Ad huc. 3. Hoc etiam ſilentio inuoluendum
non uidetur, quòd Sancti Patres noſtri, Dioni-
ſius, Auguſtinus & Anſelmus, vt habet D. Thom. 1. d. 40.
forſam ex uerbis Domini per Ezechielẽ prophe- q. 4. art.
tam dicentis, *Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuer-* 2. c.
tatur, & uiuat. D. Petri dicentis quòd, *Deus non* 18.
uult aliquem perire, ſed omnes, ad pœnitentiam re- 2. 3.
uerti; Vel D. Pauli aſſerentis quòd, *Deus uult omnes* 1. Tim.
homines ſaluos fieri, aut ſimilibus ſcripturæ locis, 2.
mirabilem hanc videntur extraxiſſe ſententiam;
quòd cauſa, quare iſte non habet gratiam eſt,
quia ipſe noluit accipere; & non quia Deus no-
luit ei dare; quia lumen ſuum omnibus offert.
Cum ergo vna ex parte Deus in proferenda gra-
tia, promptum ac liberalem ſe oſtendit, vt qui

Iſa. 55. omnibus eam proferat dicens, *Omnes ſitientes, uenite ad aquas*; ex altera verò, homo illius deſiderio tentatur, quodque in ſe eſt efficiat, vt eam aſſequatur; puta de præteritis peccatis dolendo, & propoſitum præcauendi in poſterum admittendo; quo nam pacto fieri poterit, vt infallibiliter ipſam non conſequatur? Non ergo videtur, quòd ad gratiam recipiendam exteriori aliquo egeat auxilio: quin potius quòd per ſeipſum ad eius receptionem ſe diſponere poſſit.

Obiectis reſpondetur. Cap. XXXII.

His forte rationibus elici poſſe alicui videbitur, hominem per liberum arbitrium talem efficere poſſe præparationem, quòd ſibi infallibiliter gratia negari non debeat. Et quoniam ſuperius tum ſcripturæ, tum etiam D. Aug. & conciliorum authoritatibus oſtenſum fuit, quòd homo non poteſt ſe ad gratiam præparare, niſi adiutus & motus per diuinum auxilium gratuitum interius mouens: ſuperioribus rationibus tantum ſatis faciendum remanet. Ad quarum primam reſpondendo, vt quæ fuerit mens D. Tho. in declaranda illa ſententia, Facienti quod in ſe eſt. Deus gratiam non denegat; ſimulque diuini auxilij neceſſitas ad hoc, at ſit quis ſufficiēter diſpoſitus ad Dei gratiam recipiendam, oſtendatur; Notandum quòd cum D.Tho. ſcriberet ſuper ſecundum ſent. communem doctorum ſequens

c.25.

ſen-

ſententiam, duo ad hunc locum ſpectantia dixit. Primum, quòd homo exui liberi arbitrij ſe poteſt ad Dei gratiam recipiendam diſponere. Alterum, quòd talis diſpoſitio, eſſet gratiæ meritoria. Quo ad primum, ait. [Et ideo aliis conſentiendo dicimus, quòd ad gratiam gratum facientem habendam, ex ſolo libero arbitrio, ſe poteſt homo ad gratiam præparare. Quo vero ad alterum, dicit. [Sed tamen habent diſpoſitionem ad recipiendum, ex quo dicuntur quodammodo ex congruo gratiam mereri.] Ex qua doctrina clare admodum colligi poſſe videtur, quòd homo ſolis liberi arbitrij viribus ſuffultus, ad gratiam recipiendam, ſaltem de congruo, preparare ſe poſſit. Quod quidem meritum de congruo, ni hoc cõſiſtit; quòd ſi homo faciat, quod in ſe eſt, Deus etiã faciet, quod in ſe eſt; & per conſequens, quòd ſibi gratiam non denegabit; cum hominis opus, ſit eiuſdem meritorium. Quæ tamen opinio in hoc, a Pelagii errore diſcrepabat; quòd ipſe arbitrabatur, hominem ſolo libero arbitrio talem poſſe diſpoſitionem facere, quòd Deus eſſet perſonarum acceptor, ſi eam negaret; ut ſuperius diximus. At prædicti Doctores dicebant, quòd præparatio naturæ viribus facta, tantum de congruo, gratiæ eſſet meritoria, non autem de condigno. Illud meritum de condigno uocantes, cui ex iuſtitia debetur merces; meritum autem cõgrui illud, cui merces debetur, ex decentia, ſiue congruitate quadam. At uerò poſtea ſcribens ſuper primam ſecũdæ partis, ſubtilius ac diligentius contemplatus

2. d. 28. 1. art. 4. c. fin.

2. d. 27. ar. 4. ad 4.

Ca. 27.

Rom.11. tum dicta ſcripturæ, & præcipuè D. Pauli, qui gratiam merito, & meritum gratiæ contra ponit dicens, *Si ex merito, iam non ex gratia*, dictis quoque ſanctorum Patrũ accuratius uiſis & pręcipuè B. Aug. dicentis, [Si gratia ex merito emiſti; non gratis accepiſti] utramq. correxit propoſitionem, dicens art. 6. quæſt. 109. ꝙ Homo non poteſt ſe ad gratiam præparare, abſq; auxilio gratiæ. Et art. 3. 112. quòd, Nullam poteſt homo facere præparationem, quæ ſit gratiæ meritoria,

Ser. 15. de verb. Apli.

Nũ. 33.

¶ Declaratur illa propoſitio, Facienti quod in ſe eſt &c. Cap. XXXII.

ET reſpõdens illi propoſitioni, quàm ſibi obiecerat, facienti quod in ſe eſt Deus gratiam non denegat, dicit, ꝙ abſq. gratuita Dei motione, homo non poteſt facere totum, quod in ſe eſt. Eius verba ſic habent. Facere, quod in ſe eſt, dicitur eſſe in poteſtate hominis, ſecundum quòd eſt motus a Deo; quando ſcilicet Deo inſpirati ſibi gratiæ propoſitum & peccati odium diuinæ motioni obſequens cooperando reſpondet. Huius autem D. Tho. doctrinæ ueritas, ſic oſtendi poteſt. Quoniam ut ipſe ait, Duo requiruntur ad hoc, ut quis faciat, quod in ſe eſt peccati ſcilicet odium, & gratiæ deſiderium. Ait enim. [Et ideo per diſplicentiam peccati & affectum ad Deum, ſe aliquis ad gratiam præparat. Et quando hæc duo efficaciter facit, dicitur facere quod in ſe eſt, & gratiam

1. 2. q. 109. ar. 6. ad 2.

d. 17. q. 1. ar. 2. q. 2. c. fin.

tiam recipit:ex qua doctrina habetur, quòd facere quod in ſe eſt,eſt moueri ad peccati deteſtationem, ita ut peccatum admiſiſſe doleat, dicente Propheta, *Dixi cõfitebor aduerſum me in iuſtitiã meam Domino*; illudq. itterare non velit, dicente ſcriptura, *Fili peccaſti, ne adÿcias iterum*. & ad affectum erga Deum,eius miſericordiam implorãdo dicente Dauide, *Sana animam meam, quia paccaui tibi*. Hac autem duo ita efficaciter facere, ut per hoc quis ſit ſufficienter ad gratiæ receptionem diſpoſitus (ſic enim, ut Caietanus admonet hic intelligitur facere quod in ſe eſt) non poteſt ſola Dei generali motione adiutus, homo pręſtare, ſed eget aliqua Dei gratuita motione, ſeu auxilio quodam gratiæ præuenientis. Et ergo ſenſus D. Tho. Quod homo non poteſt tanto peccati odio ac deteſtatione affici, tantoq. gratiæ deſiderio moueri, ut talis diſpoſitio efficax ſufficiensque ſit ad gratiam aſſequendam, niſi a Deo mouatur, ac diuuetur. Vt enim diximus, uerus peccati dolor abſq. Dei gratuito auxilio haberi non poteſt; nec etiam uerum gratiæ deſiderium, ut inferius dicetur. *A facie tua Domine concepinus ſpiritum ſalutis*, ait ſcriptura. Et qui aliter ſentiunt, ueluti rem parui põderis ducere uidentur, quanti referat,redire a ſtatu culpæ ad ſtatum iuſtitiæ;a ſeruitute diaboli, & peccati,ad libertatem filiorum Dei. Tunc ergo, iuxta D. Tho doctrinam, dicitur aliquis facere totum, quod in ſe eſt,quando Deo inſpiranti ſibi bonum propoſitum, odium ſcilicet peccati, & gratiæ deſiderium, Deique amorem,

Pſal. 31.

Eccl. 21.

Pſal. 40.

cap. 26.

cap. 39.

cooperando obſequitur; & tunc infallibiliter gratiam recipit. Quando ergo dicitur quòd, facienti quòd in ſe eſt, gratiã Deus non de negat; dicitur, quòd propoſitio uera eſt, quando quis ſufficienter, & efficaciter facit quod in ſe eſt. Verum, vt nunc diximus: ea omnia, quę ad gratiæ præparationem requiruntur, efficere non poteſt; quapropter negatur minor propoſitio, uidelicet, ꝙ abſque exteriori auxilio, totum quod in nobis eſt, efficere poſſimus.

¶ Plura nobis præcipiuntur, quæ ſine Dei auxilio efficere non poſſumus. Cap. XXXIIII

Dubiũ. AT dicet quis. Cur nobis plura præcipiuntur a Deo, quæ tamen per nos efficere non ualemus? Præcipitur enim nobis, ut a peccato incolumes nos ſeruemus, dicente Deo. *Quaſi a facie colubri fuge peccatum*, ut in ipſum credamus, in ipſo ſperemus, cum toto cordis affectu diligamus, utque ad ipſum conuertamur; & plura ſimilia; quę tamen, ut ſupradiximus, per nos efficere non poſſumus. Ad hoc, conceſſo quod dicitur, reſpondetur quòd non inconuenit, ſi multa nobis fieri præcipiantur, quæ per nos efficere non poſſumus: id enim noſtri gratia actum eſt, ut uidelicet humilitatis uirtus, ſeruetur in corde. Scientes enim, quòd abſque Dei auxilio talia exequi non ualemus, humiliter ac ſuppliciter ipſum implorare debemus, ut ſuam nobis opem elargiri dignetur, dicentes cum Propheta, *Mitte nobis Domine*

Eccl. 21. *Ca. 28.* *Solutio.* *Pſal. 19*

mine auxilium de ſancto; ſicque vt ait D. Paulus, cum timore. & tremore ſalutē noſtrā operemur, vt ſub potenti manu Dei humiliati, ab ipſo in die viſitationis(vt ait B. Petrus)exaltari mereamur. *Phil. 2.*

¶ *Cur homini imputatur ad culpam, impotentia boni peragendi. Cap.* XXXV.

VErum dicet quis. Cur nobis imputatur ad culpam ſi gratia caremus, ſi per nos ipſos ad eam præparare nos nequaquā valemus, & ſi ea omnia non exequimur, quæ nobis fieri præcipiuntur, cum ea exequi per nos ipſos non poſſimus? Ad hoc ſuperius reſponſum fuit; quòd impotentia, quæ eſt pœna peccati, vel ex non concurſu cauſæ ſuperioris, puta Dei, non excuſat a peccato, quando talis non concurſus, eſt ex impedimēto cauſæ ſecundæ, id eſt hominis. Vel ut clarius & apertius loquamur. Impotentia, quæ oritur ex hoc, quòd Deus ob peccatum vel gratiam non influit, vel auxilium ad ea perficienda, quæ ipſe exequi mandat, non largitur, non excuſat a culpa; cum id ob culpā ſuam ſibi accidat: & ob id dicitur, quòd homo non excuſatur à culpa, ſi per ſeipſum efficere quàm plura non poſſit, quæ ſibi à Domino fieri præcipiuntur, quoniam talis impotentiæ, cōmittendo peccatum, ipſe cauſa extitit, & hoc eſt obſtaculum ſiue impedimentum, quod homo gratię preſtat, & ob quod meritò ſibi gratia denegatur, ſcilicet peccatum originale ſaltem, vt ſuperius

Dubiū. 3. Con. c. 159.
Cap. 14.
Solutio.

cap. 11. rius dictum ſuit. Dicitur poſtea, quòd licet nullus ſine auxilio gratię poſſit bonum agere; meritò tamen ſibi imputatur, ſi bonum non operatur: quoniam auxilium illud, poteſt quilibet habere, ſiue lit. Cum enim in arbitrio cuiuslibet ſitum ſit, cũ diuino auxilio, & prout patitur ſtatus naturæ corruptæ, bene vti libero arbitrio, ſiue naturalibus ſuis, ei qui hoc fecerit, Deus qui nemini deęſt facienti quod in ſe eſt, vt infra, ſtatim dicetur, ex ſua miſericordia auxilium ſufficiens præſtabit ad bona ſupernaturalia obtinenda. Dicimus tandem, quòd cum dicat Ariſtot. quòd ea, quę per amicos poſſumus, aliqualiter per nos poſſumus, meritò cuilibet, tum defectus gratię, tum impotentia boni exequendi, imputari debet, quoniam ad Deum, vt ſibi auxilium efficax conferat, cap. 10. non confugit; cum tamen, vt ſupra dictum fuit, [Deus quantum ex ſe eſt, paratus ſit omnibus gratiam dare.]

¶ *Congruum eſt etiam diuinæ bonitati, ut facienti, quod in ſe eſt per liberum arbitrium, gratiam non deneget. Cap. XXXVI.*

ET licet hæc, qua diximus in declaranda hac ſententia iuxta D. Tho. mentem uera ſint, authoritati ſacrę ſcripturæ, ſanctorum Patrum, ac Conciliorum conſona: probabile tamen, ac ueriſimile uiris ægregię authoritatis uidetur; neque hęreſi Pelagianæ fauere putant, ſi dicatur, quod Deus de quo ait D. Paulus

Paul us, quòd, *Adiuuat infirmitatem noſtram;* Rom. 8.
non ob hominis meritum, cum nullum in homi
ne meritum ante gratiam reperiatur, dicente D.
Aug. gratia præceſſit meritũ tuum; ſed ex beni-
gnitate, & clementia Dei erga homines, dicente
Apoſtolo, quòd, *Vult omnes homines ſaluos fieri;* 2. Ti. 2.
illis, qui per naturæ uires a peccato reſurgere co-
nantur, reſurgendi ab eo gratiam non denegabit.
Et ideo, exponentes propoſitionem illam, Faciẽti
quod in ſe eſt, Deus gratiam non denegat; dicũt
quòd facere quod in ſe eſt, bifariam intelligi po
teſt; Per liberum ſcilicet arbitrium, & per gratui-
tam eius motionem. Hoc autem, ut aiunt, eſt in-
ter utrumque diſcrimen, quòd facienti quod in
ſe eſt per diuinam motionem, in fallibiliter ſiue
certa lege confertur gratia iuſtificans. Et in hoc
ſenſu dicit gloſa, ut ſupra quoque dictum eſt, ꝙ cap. 31.
Deus recipit eum, qui ad ſe confugit, aliter in eo
eſſet iniquitas; quoniam iuſtum eſt, Dei motio-
nem non deficere. At uerò facienti quod in ſe eſt
per naturæ uires, regulariter ſeu infallibiliter nõ
datur. Datur tamen ſœpius multis ex diuina libe
ralitate ſiue beneuolentia; licet nulla neceſſitas
ſit interpræparationem illam, & gratiæ largitio-
nem; tum ob peccatum; tum ob improportio-
nem liberi arbitrij ad gratiam; ſed quodammo-
do ex congruo. Faciunt etenim tales iuxta ſuum
poſſe, quod in ſe eſt, & opus bonum morale, ſi-
ue actum uirtutis efficiunt; quoniam talis diſpo-
ſitio, ſiue preparatio, quæ fit per liberum arbi-
trium, non eſt pure negatiua; ideſt, non ſolum
non

non ponit obſtaculum gratiæ, nec rebellis eſt lumini, nec dicit Deo, *Recede a nobis;* ſed eſt etiã poſitiua; ideſt opus bonum morale efficit,& actũ uirtutis, licet imperfectè, exequitur: dum de admiſſa culpa dolet, uoluntatem peccandi excludit, ac etiã propoſitum Deo ſeruiẽdi admittit: quę quidem hominis opera, etſi uerè non ſint gratiæ meritoria, cauſant tamen aliquam habitudinem ac diſpoſitionem ad gratiã conſequendam, non tãtum reſpectu Dei, quia ſic congruũ ſit eius bonitati;ſed etiã reſpectu hominis,qui gratię obſtaculum,ſiue animi repugnãtiam excludit;& ob id, eſt magis diſpoſitus ad eam recipiendam; ueluti lignum aridum magis eſt diſpoſitum ad recipiendam formam ignis,quàm humidum. Et ꝓ
Judith. 5 hac opinione firmanda, adduci poſſunt exem-
Matt. 8. pla, Achior Amonitę, qui erat idolatra; Centu-
Act. 8. rionis, ac Eunuchi; qui omnes gratię lumen receperunt, ꝙ bene uſi fuiſſent libero arbitrio. Congruum enim Dei bonitati quodammodo uidebatur, licet uerè ipſi non meruiſſent;ut reiecta idolorum, quibus inſeruiebant, cultura: gratiæ ſuæ munus, illis conferret. Si autem dicat quis, hinc ſequi, ꝙ initium ſalutis noſtræ, quodam-
Phil. 1. modo ex nobis ſit; quod Pelagianum eſt, & contra quod ait Apoſtolus, *Qui cœpit opus bonum,ipſe perficiet*, Dicitur primo,quod non inconuenit, ſi dicatur,quòd natura(communi Dei influentia adiuta) ſit principium quodammodo, remotum,imperfectum,& inſufficiens. Deinde dicitur,quòd poteſt negari talis conſequentia; quoniam præ-

paratio

paratio, quæ fit per liberum arbitrium, ut ait D.
Tho. nullam habet proportionem æqualitatis ad 1. 2. q.
gratiam: eſt enim, ut ait D. Tho. imperfecta; quàm 112. art.
uis ſit Deo, ſicut a mouente: quapropter non li- 2. 1.
berũ arbitrium, ſed Deus, qui efficaciter cor ho-
minis mouet, uerè erit ſalutis initium. Nimium
enim naturæ tribueretur, ſi quis aſſereret, homi-
nem ex ſola naturæ facultate, talem poſſe diſpo-
ſitionem efficere, ad quam infallibiliter ſequere-
tur gratia. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. quòd, 1. 2. q.
[Pręparatio ſecundum ꝙ eſt a libero arbitrio, nul- 112. art.
lam habet neceſſitatẽ ad gratiæ conſequtionem.] 3. c.

Declaratur ſcripturæ dictum, Hominis eſt præparare cor. Cap. XXXVII.

ET quàmuis in ſacro eloquio legamus,
quòd, *Hominis eſt præparare animum;* Pro: 16.
non tamen uult Spiritus ſanctus, ut in-
de colligamus, in noſtra ſitam eſſe fa-
cultate, quandocunque nobis placuerit, ad Dei
gratiam recipiendam poſſe diſponi, ac ſufficien-
ter, & efficaciter præparari; ſed monitos nos red
dere uoluit, noſtræ eſſe facultatis; eam uel acce-
ptare, uel reijcere, dum nobis a *Deo* offertur. Vt au
tem oſtenderet; ꝙ abſque gratiæ auxilio ad eam
recipiendã, nos præparare nequaquàm poſſimus,
ſtatim ſubdit ꝙ, *Voluntas a Domino præparatur.*
Quòd autem talis ſit ſcripturæ huius ſenſus, oſtẽ-
dit *D.* Tho. dicens, quòd, [Hominis eſt præparare
animum, quia hoc facit per liberum arbitriũ; non 1. 2. q.
tamen ſine auxilio Dei mouẽtis, & attrahẽtis. Qui 109. 6. 4.

etiam

Seſſ.6.c. etiam confirmatur, verbis Concilij dicentis [Cū
5. in ſacris litteris dicitur, Cōuertimini ad me, & ego
Zach. 1. cōuertar ad vos libertatis noſtræ admonemur. Cū
Ten. 5. reſpōdemus, Conuerte nos ad te, & cōuertamur,
Dei nos gratia præueniri fatemur] Ad authoritatē
ex Gloſa inductā dicitur, quòd loquitur de homi
ne, qui mouetur ad remiſſionem peccatorum pe
tendam, ut motus a Deo, per gratiæ præuenientis
auxilium; & inquantum talis motio ordinatur a
Deo ad gratiæ conſequtionem; & cum intentio-
ne, & propoſito, quòd homo gratiam cōſequatur.
Et quando homo diuinę motioni aſſenſum pręs-
bet, illique obſequitur, ſi Deus negaret peccato-
rum remiſſionem homini illam petenti, contra iu
ſtitiam ageret, quoniam quod ſponte obtulit, dare
poſtmodum recuſat; quod iniuſtum quodam-
1. 2. q. modo uidetur. Et hoc eſt, quod ait D.Tho. quòd
112. ar. [Cōfugium hominis ad Deum, eſt per diuinā mo
3 tionem, quam iuſtum eſt non deficere.]

Quòd quis oblatam gratiam acceptet, ex gratiæ auxilio eſt. Cap. XXXVIII.

AD authoritates uerò ſacræ ſcripturę
tertio argumento citatas, per quas,
quàm ſit Deus gratiæ largiendæ aui-
dus oſtenditur; dicitur quòd ue-
riſſimum hoc eſt; cum omnibus auxilium ſuffi-
cap. 9. ciens ad gratiæ receptionem, ut ſuperius dictum
fuit, impertiatur. Attamen non ſufficit ut ei gra-
tia offeratur, niſi etiam auxilium præſtetur adhoc

ut

ut præfectè,& ſufficienter quis ſe pręparare poſſit ad eius receptionem. Et quàmuis Deus ſtet ad oſtium & pulſet, ut ingrediatur; nemo tamen (niſi diuinitus attractus) poteſt cordis ſui oſtium, Deo pulſanti aperire. Hæc autem naturæ impotentia, ſiue imbecillitas reſpectu diſpoſitionis ad gratiam, hinc clarius apparebit, ſi ea, quæ geſta ſunt erga Ezechielem prophetam, expendere voluerimus. Quàmuis enim à Domino dictum ei fuiſſet, *Sta ſuper pedes tuos,* *Cap. 2.*
nequaquã id tñ efficere potuit, donec ſibi à Deo præſtitum fuiſſet auxilium, quo ſurgere valuiſſet, & ideo ſubdidit, *Ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſupra pedes meos.* Per quod optimè oſtenditur, quòd licet Deus liberalis ſit in proferenda gratia, adeò tamen meus noſtra hæbes eſt, ꝙ niſi à Deo moueatur, ac excitetur ad eam appetendam, efficaciter erigi minimè valet. Huius autem ratio hæc eſſe poterit; quoniam cum Deus profert homini gratiam, libere id agit, adeò quòd in eius eſt facultate eam reiicere, vel acceptare, dicente Deo, *Reliqui te in manu conſilij tui.* Si quis, *Eccl. 15.*
dum ſibi à Deo profertur, eam acceptare recuſauerit, hoc eſt liberum hominis opus, qui per ſeipſum, diuinæ motioni reſiſtere poteſt; nam vt habetur ex Cõcilij doctrina, *Inſpirationem illam abijcere poteſt*, & vt ait D. Tho. [Deus ſic mouet mentem humanam, quòd tamen poteſt motioni reſiſtere] Si autem quis Dei motioni obſequẽdo, eam acceptet, id præcipuè ex gratiæ auxilio oritur. Vt enim ait D. Tho. quòd aliquis non ponat obſta-

Seſſ. 6. c. 5.
Quol. 2. ar. 7. ad 2.

culum

culum gratiæ, ex gratia procedit, quoniam vt ait
1. 2. q. 109. ar. 2. ad 1. D.Tho.Bonus vſus liberi arbitrij,a Deo eſt.Huius
autem D. Tho. doctrinæ veritas, aſſerentis, quòd
per nos ipſos oblatæ gratiæ reſiſtere poſſumus,
non autem niſi per diuinum auxiliũ eam acceptare valemus, deſumpta videtur ex B.Aug.ex ſen-
Cap. 30. tentia dicentis,vt ſupra etiam dictum eſt,quòd liberum arbitrium per ſeipſum ad peccãdum ſufficit;ad bonum autem appetendum aut peragendum non ſufficit, ſed eget Dei gratia.

Deus obicem ab aliquibus remouet,ab aliquibus verò,minimè. Cap. XXXIX.

QVòd autem in plurimorum cordibus reperiens obſtaculum, ſeu impedimentum (ſiue nomine impedimenti intelligatur gratiæ recuſatio, ſiue quoduis peccatum) Deus ab aliquibus illud auferat, in aliis vero relinquat; in illis Dei miſeratio, in iſtis Dei iuſtitia relucet. Et hoc eſt, quod
2.2.q.2. ar. 1. ait D.Tho. [Quòd a quibuſdam remoueatur obſtaculũ,hoc eſt miſericordia Dei: ꝙ autẽ non remoueatur,eſt ex eius iuſtitia;in pœnã ſcilicet pręcedẽtis peccati,ſaltem originalis.] Nec ob id Deus perſonarum acceptor dicendus eſt,quoniam perſonarum acceptio non ſpectat ad ea, quæ tantummodo ex gratia dantur, & hoc eſt, quod ait
oCntra Pelag. c.7. B. Aug. [Nulla eſt iniquitas apud Deũ in hoc, nulla eſt acceptio perſonarũ, ſi vnum iuſtificat, non alium] Deus enim nihil cui quàm debet, & licet

ei,

ei, quod vult facere. Cum ergo dicitur, quòd per naturæ vires homo gratiæ deſiderio afficitur, & quod facit quod in ſe eſt, vt eam recipiat, ob Dei ſcilicet amorem, & peccati odium (quod eſt verè Dei gratiam & miſericordiam implorare, ac optare) negatur quòd uerè & efficaciter id efficere poſſit, vt etiam ſuperius dictum eſt. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Hoc ipſum quòd tibi diſplicuit peccatũ tuũ non tibi diſpliceret, niſi Deus tibi luceret, & eius veritas tibi oſtenderet.] Et ideo meritò ait D. Tho. q, ad hoc, ut quis ad Deũ cõuertatur, ſiue vt ſe ad gratiæ ſuſceptionem (quod idem eſt) preparet, [Exigitur operatio Dei ad ſe animam conuertentis dicente Propheta, Conuerte nos ad te, & conuertemur.]

Cap. 23. Super Ioan.

1. p. q. 86 art. 2. ad 2.

Tren. 5.

¶ *Dolor peccati & alia opera per liberum arbitrium facta, non ſunt reÿcienda.* *Cap.* XXXX.

ET quàmuis præparatio, quæ fit ab homine tantum per nature vires, non ſit gratiæ meritoria: non tamen pænitus inutilis cenſenda eſt. Immo, vt viris admodum eruditis placet, cum quis de peccatis dolet, cum propoſito ſe ab illis in poſterum præcauendi, ſeq. in operibus moralibus exercere conatur; animo flectendi Deum, vt ſuæ cõpatiatur miſeriæ, ſibique cor verè pœnitens largiatur, & pro viribus ſe a peccati iugo excutere conatur, tales animi affectus, ac diſpoſitiones, nedum aſpernendæ non ſunt, immo & ad illas fouendas, ani-

mãdus eſt eſt peccator. [Imperfectũ meum viderunt oculi tui, ait B. Bern. ſed in libro tuo omnes ſcribentur, qui qđ poſſunt faciunt, & ſi qđ debent non poſsũt.] Meritò ergo Patres Cõcilij, hanc nobis tradere doctrinam curauerunt, quòd ad Dei gratiam recipiendam diſponi efficaciter non valemus, niſi excitante Deo, eiuſque gratia adiucti: & hoc eſt, quod ait B. Aug. quòd, [Homo per liberũ arbitrium nec incipere bonũ valet nec perficere, niſi diuino prȩueniatur auxilio dicẽte Apoſtolo, Qui cȩpit in vobis opus bonũ, ipſe pficiet.] In hac elucidãda propoſitione de neceſſitate gratiæ ad iuſtitiã cõſequendã, videbitur fortè alicui quòd plurimum morȩ contraxerim, & quòd longior quàm res ex poſtulaſſet extiterim; attamen conſultè id mihi agere viſus ſum: & primum quidem, vt ſcientes quòd abſq. ſpeciali Dei fauore peccati iugum excutere non poſſumus, ipſum precemur, vt lapſus noſtros pietatis oculis inſpicere dignetur; quo inſtar D. Petri eos deflere poſſimus, atque cum Propheta dicamus, *Reſpice in me, & miſerere mei.* Deinde verò, vt id ob oculos ſemper habẽtes, non blandiamur nobis ipſis, ſuadentes quòd quandocumque nobis placuerit, in Dei gratiã ac amicitiam reuocari poſsimus, & ad hoc fortè propoſitum dixit B. Aug. Attende antequàm facias, nam poſt factũ, fortè pænitendi gratiã habere non poteris.] Quoniã, & ſi Deus ſemper prȩſtet auxilium ſufficiens, non tamen auxilium efficax ad gratiam recipiendam, vt dictum eſt, ſemper largitur.

Contra Pelag. *Phil. 1.* *Pſal. 85.* *De uera pœn. Cap. 9.*

Pecator

¶ Peccator per pęnitentiam Deo reconciliari poteſt. Cap. XLI.

HAc, ueluti ſtabili fundamento ueritate firmata; quòd noſtra uirtute a peccato euadere non poſſumus, ſed per ſolum Dei auxilium; præcipua huius capitis poſitio, quòd homo in peccatum lapſus per pœnitentię ſacramẽtum Deo reconciliari poteſt; pluribus ſacrę ſcripturæ authoritatibus a patribus Cõcilij probatur, & pręcipuè uerbis Chriſti dicentis, *Facite fructus, dignos pęnitentiæ.* *Seſſ. 6. c. 14.* *Luc. 3.*

¶ Opinio Nouati, ac Montani negantium pęnitentiam lapſis. Cap. XLII.

QVa ſacri Cõcilij doctrina, ſuperius citata, primum refellitur opinio Montani ac Nouati præsbiteri Romani, qui princeps hæreſeos Nouatianorum teſte Euſebio, extitit quique a D. Cipriano pœnitẽtię homicida appellatus eſt dicẽtis; quodlibet peccatum mortale commiſſum poſt baptiſmum irremiſſibile eſſe. Et prout ex doctrina ſanctorum Patrum Cipriani, Hieronimi, & Euſebij elici poteſt, firmiter tenuit, & docuit, quòd quauis ex cauſa, quis poſt ſuſceptum Chriſti baptiſmum ipſum abnegaſſet, talis delicti ueniam aſſequi nulla tenus ualeret. Quæ quidem hæreſis a D. Fabiano Papa & martyre meritò damnata fuit; ſiue ut *cap. 2.* *Lib. 6. c. 33.* *D. Tho. 3. con. c. 156.*

alij dicunt, a D.Cornelio eius ſucceſſore, ut Eu-
Vbi ſup. ſebius Cæſarienſis, in ſua tradit hiſtoria. Ex uer-
*Matt.*10. bis Chriſti dicentis, *Qui negauerit me coram homi-
nibus, & ego negabo eum coram Patre meo;* vt qui-
buſdam uidetur, cauſam ſumpſit erroris. Siue
(ut alijs placet) ex uerbis D. Pauli ad hebræos dicē
D. Tho. tis, *Impoſſibile eſt eos, qui ſunt illuminati, & pro lapſi*
4. con.c. *ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam*. Et paulo poſt
71. c. 6. ſubdit quòd, *Voluntariè peccantibus nobis poſt ac-*
cap. 10. *ceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur oſtia
pro peccato*. Quorum D. Apoſtoli uerborum, iux-
ta Nouati ac Montani intelligentiam, talis erat ſen
ſus; quò Deus illis, qui poſt receptum baptiſmū
peccaſſent; indulgentiam pœnitus denegaſſet.

¶ *Peccata quædam pænitus irremiſſibilia, alij opinati ſunt. Cap. XLIII.*

EOrum etiam ex tali doctrina reuincitur error; qui arbitrati ſunt reperiri quędam peccata, ex ſui natura, ſeu qualitate pænitus irremiſſibilia; ueluti peccatum contra Spiritum ſanctū, de quo dixit Chriſtus, quòd
*Matt.*13. *Non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*
*Marc.*3. uel peccatum illud, quod Ioannes in ſua Canoni-
1. 5. ca, peccatum ad mortem uocauit dicens, *Eſt peccatum ad mortem, pro illo non dico oret quis.* Quàm opinionem D.Aug, eo tempore, quo de ſermone Domini in monte agebat, amplecti uiſus eſt, licet (ut uideri poteſt primo retractationum libro) pænitus eam reiecerit.

Opi-

Opinio Tertulliani; aſſerentis, ſemel tantum peccatum remmiti. Cap. XLII.

ANtiquiſſimi, ac admodum eruditi Tertulliani qui (ut quibuſdam placet) ſemel tantũ locũ pęnitentiæ dari poſſe putauit, opinio refellitur; [Semel tantum, ſed amplius numquàm] dicebat ipſe; & ſi, ut Dominicus Soto admonet, dictũ correxiſſe poſtea uiſus ſit. Occaſionem tam rigidę opinionis amplectendæ (ſi tamẽ uerum ſit quod ita ſenſerit, ut inferius dicetur) uel ſumpſit ex uerbis D. Pauli ad Hebræos ſuperius citatis, uel quoniam in ſacris eloquijs pluſquàm ſemel, aliquod peccati genus fuiſſe vmquàm alicui dimiſſum, numquàm legerat. Et ſi enim Dauidi, adulterij, homicidij, ac elationis animi in populo enumerando dimiſſum peccatum fuerit, atamen ſemel tantum adulterium, homicidium, & quodlibet aliud peccatum, & non amplius legimus ei uel alteri; fuiſſe dimiſſum. Nec etiam in Euagelio legimus Chriſtum pluſquàm ſemel eundem mortuũ ſuſcitaſſe, uel aquouis alio morbo aliquem curaſſe. His, uel ſimilibus adductus creditur, ad talem declinaſſe ſententiam, ut ſacramentum pęnitentię iterarari uix poſſe, putaret.

4. d. 13. q. 1. art. 10.

cap. 86.

cap. 42.

¶ Opinio quorundam hębræorum dicentium, bis tantum uel ter a Deo peccata remitti.
Cap. XLV.

Quorundam etiam doctorum hebræorum reijcitur opinio, qui bis tantum, uel ter, & non amplius, peccata a Deo remitti putabant. Inde fortè erroris occaſionem ſumentes, quoniam legebant Deum per Amos prophetam aſſerentem, talem numerum in remittendis offenſis, ſe nolle excedere. *Super tribus ſceleribus arguam, & ſuper quatuor non conuertam. Vſque ad quatuor non perueniam.* ; ibi pluries Deus repetit.

¶ Opinio aliorum aſſerentiam, peccatorum multitudinem pęnitentiam inutilem reddere.
Cap. XLVI.

Refellitur etiam ex talis Concilij doctrinę authoritate, illorum opinio; qui arbitrati ſunt, quendam certum peccatorum numerum a Deo pręfixum, in quem cum homines inciderint, ueluti deſperati pænitere non poſſunt; licet uitę finis adhuc impoſitus non fuerit. tamquàm ſi peccatorũ multitudo, uim pœnitendi auferat.

Oſten-

¶ Oſtenditur quòd omnes prædictæ opiniones doctrinæ ſacræ ſcripturæ, & Concilij aduerſantur. Cap. XLVII.

VErum oẽs prædictę opiniones, nedum aduerſãtur doctrinæ Sacri Cõcilij aſſerentis, Chriſtum in quorũlibet, peccatorum remiſſionem ſacramentum pœnitentiæ inſtituiſſe cum dixit, *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis;* nullum peccati genus excludens: idquè quoties neceſſe fuiſſet dicẽs [Quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur.] verum etiam, & doctrinæ Chriſti dicentis Petro, *Non dico tibi uſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* per quod remiſſionis frequentia, ſeu iteratio oſtenditur; & Apoſtolis omnibus, *Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis;* quælibet peccata eorum ſubmittens poteſtati.

Seſſ. 14. c. 3.

Ioan. 20

Matt. 18

¶ Oſtenditur, nullum eſſe peccatum, cuius pęnitere non poſſit. Cap. XLVIII.

HIs, ueluti fundamentis iactis, prius quàm ſuperioribus opinionibus ſingillatim reſpondeatur; pro noſtrarũ conſcientiarum ſolatio ac alleuatione, iuxta *D.* Tho. doctrinam ſtatuendum eſt, ueluti ſolidum ac ſtabile fundamentum: nullum eſſe peccatum, cuius hominem dum uita fungiturr pœnitere non poſſit, & oppoſitum tenere, ut ipſemet

3. p. q. 86 ar. 1. c.

ſemet ait, eſt manifeſtus error; Primo quidem, quia per hoc liberi aribitrij facultas aufertur, dum eius libertas tollitur; Deinde, quia per hoc derogatur uirtuti gratiæ per quam moueri poteſt cuiuslibet peccatoris cor ad odium, & deteſtationem peccati: & etiam efficaciæ paſſionis Chriſti, qui pro omnibus peccatoribus, & pro omnibus peccatis ſanguinem fudit, dicente D. Paulo quòd
1.cor.5. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*; & D. Ioanne in
p1.ca.1. Canon. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra*; Vtque nullum peccati genus excluſum putaremus ſubiunxit quòd, *Aduocatum habemus apud Patrum, Ieſum Chriſtum iuſtum; qui propitiatio eſt pro peccatis*
3.p.q.86 *totius muudi*. Et tandem concludit D. Tho. quòd
ar.1.c. [Deus uinceretur quodammodo ab homine, ſi homo uellet peccatum deleri, quod Deus delere nollet.] Quod autem hoc uerum ſit; ita oſtẽdi poteſt. Quòd peccatum aliquod remitti non poſſit, id accidit: uel quia peccati magnitudo Dei omnipotentiam ſuperat; uel quia eius excedit pietatem ac clementiã; uel quia hominem admiſſorum peccatorum pænitere non poteſt; quorũ profectò nullum eſt aſſerendum.

¶ *Nullum eſt peccatum, quod per Dei potentiam deleri non poſſit. Cap. XLIX.*

QVòd autem nullum ſit peccatũ, quod per Dei potentiam deleri non poſſit, optimè oſtenditur uerbis ſcripturæ di-
Eccl.11. centis, *Facile eſt in oculis Dei, ſubdito ho-*

neſta

neſtare pauperem; ideſt quantumuis impium ac criminoſum iuſtificare. Et ideo Gloſa exponens illud Dauidis dictum, *Qui ſanat omnes infirmitates tuas*, inquit quòd, [Omni potenti medico, nullus occurit languor inſanabilis.] *Pſ.113.*

¶ *Dei pietas, quàmuis homini. culpa maior eſt. Cap. L.*

SI autem eius pietas ac clementia ſpectetur, ait Propheta, quòd præſtabilis eſt ſuper malitia. Quàm longè autem Dei bonitas hominis malitiã ac prauitatem excedat, optimè oſtendit D. Criſoſtomus, cum Dei clementiam noſtris conferens culpis, eam aquæ maris, noſtras uerò culpas ſcintillæ in mari cadenti, quę uix aqua tacta uim amittit, comparans, dixit. [Cogita ſcintillam ſi in mare ceciderit, num poterit ſtare, aut apparere. Quãtum ſcintilla ad mare ſe habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiam ac pietatem.] Et paulo inferius ſubdit. [Tua quidem malitia, menſuram habet; Dei uero clementia, & pietas in circumſcripta.] Et propheta loquens de clementia Dei, ait quòd *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*. Peccatum etenim hominis, uel ex infirmitate carnis, uel ex animi prauitate ac malitia procedit; at uerò gratia, a Dei pietate emanat, quę longè noſtram excellit prauitatem, dicẽte ſcriptura quòd *Præſtabilis ſuper malitia*. *Iohel. 2.* *Hom. 3.* *Pſ.118.* *Ihoél.2*

Agi-

¶ *Agitur ſuper verbis Cain, Maior eſt iniquitas mea &c.* Cap. LI.

Dubium. DIcet uerò quis. Loquens Cain poſt patratum fratricidium cum Deo ſceleris ſui fęditate perſpecta dixit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear*. Qua propter alicui forſan uideri poterit, aliquod reperiri peccatum, quod Dei clemētiam ac bonitatem excedat. Huic dubitationi hæbrei quidam ſatisfacere uolentes reſpondent; q ex ui textus hæbraici non clarè ac apertè colligi poteſt, intentio Cain, quæ nam fuerit; cum nullam ibi (ut aiunt) reperiatur comparatiuum. Sęd tantum habetur quòd dixit, Magnum eſt peccatum meum, ut debeatur. Et certè uerum dixit, quoniam magna culpa, magna eget uenia.

Goi. 4.

1. Reſp.

De pęn. d. 3.

2. Reſp. ¶ Alij uerò hæbreorum, locum illum interpretantes dicunt, quòd littera debet legi interrogatiuè, ac ſi dicatur permodum conquerentis. Cur me Domine ſic acriter punis? Nunquid tam magna eſt iniquitas mea, ut nō poſſit mihi ignoſci? quaſi diceret, minimè. Ideo iniuſtè me punis, tam graues mihi pœnas inſligendo, per hoc indicens, quòd Deus ultra condignū eum puniret.

3. Reſp. ¶ Vel ſi aſſertiuè legatur (ut legi debet) dici poterit quòd ſicut quidam Dei omnipotentiam negauerūt, ueluti Dux ille exercitus Regis Babilonis qui dixit, Quis eſt iſte deus eus, *Vt poſſit eruere Ieruſalem de manu mea*? Alij iuſtitiam quemad-

modum

modum illi de quibus dicitur per Ezechielem, *Ezech.*
Et dixerunt filij populi tui, non æqui ponderis uia Do *33.*
mini; Alii uero prouidentiam Dei, inſtar illorum,
qui ut ait propheta dixerunt, *Non uidebit Domi-* *Pſal.93.*
nus, nec intelliget. ita quoque non inconuenit, ſi di
catur quòd uir ille impurus ac malè affecti animi,
ſicut diuinam negabat prouidentiam, ita quoque
quòd culpam ſuam, Dei pietate maiorem puta-
ret. Hoc autem obid dicitur, quoniam (ut non-
nullis hebreorum doctoribus placet) uidens Cain
fratris ſacrificium cæleſti igne conſumi, ſua uerò
munera intacta relinqui; inuidiæ ueneno erga fra
trem impulſus; verba cum eodem faciens, Dei
prouidentiam negare cæpit; tacitè oſtendere uo-
lens, quòd caſu aliquo, & non Dei prouidentia
Abelis ſacrificium, igne tactum conſumptumq;
fuiſſet. Qua propter cum a pio fratre, de impijs
argueretur uerbis, iniqua eum cęde peremit. Hoc
autem ita ſe habere, ſcripturæ uerba nobis innue
re uidentur. Cum enim poſt admiſſũ fratricidiũ
a Deo fuiſſet interrogatus quidnã de fratre actũ
fuiſſet, ueluti ſi Deum non uidiſſe putaſſet, id
ſe ſcire negauit dicẽs, *Nunquid cuſtos fratris mei*
ſum ego. Quibus uerbis apertè inſinuare uidetur,
ꝙ Dei prouidẽtiã negaret. Etenim ſi fraterna cędẽ
Deũ inſpexiſſe putaſſet, nõ ſic temerè ſe neſcire
reſpondiſſet. Sicut ergo Dei prouidentiam nega-
uit: nec id ueritati aduerſari cenſendũ eſt, ſi (ut ẽt
Sent Mag. placet) ſcælus ſuum Dei benignitatẽ *2.d.43.*
eũ excellere putaſſe, dixerimus. Cõtra q̃ prauã ei⁹ *De ſpir.*
ęſtimationẽ loquẽs B. Aug. dicit, [Meritis Cain. Ma *& an.*

ior

4. Reſp. ior eſt.n.Dei miſericordia;q̃ oĩũ pc̃tõrũ miſeria.]
¶ Vel(ut alijs placet,dici põt,ꝙ Cain nõ putauit culpã,quã admiſerat,Dei miſericordia maiore m; ſed ꝙ cũ in patrati ſceleris notitiã deueniſſet,pęnitus de pietate Dei diffiſus eſt:firmiter tenẽs, quòd Deus peccatũ ſibi nollet ignoſcere. In quo q̃dem diffidẽtiæ actu defecit: qm̃ quãtũuis grauioribus adſtrictus q̃s ſit peccatorũ nexibus, nũquã tamen
cap. de clementia Dei (vt dicetur) diffidere debet.

¶*Cur de uenia obtinenda Cain diffiſus fuerit.* C. LII.

HÆc autẽ fortè illi, diffidentiæ cauſa fuit; qm̃ cũ ſceleris ſui magnitudinẽ cõſpexiſſet, nõ ad clemẽtiæ, ſed ſolũ ad Dei iuſtitiæ contẽplationẽ, animũ vertit. Cũq. nullo pacto diuinæ iuſtitiæ,ſe ſatisfacere poſſe,nec aliquid præſtare, quod offenſæ æquiualere, arbitraretur, ad deſperationẽ & diffidẽtiã de uenia obtinẽda, q̃
c.73.76. (ut dicetur,una eſt ex ſpeciebus peccati cõtra Spi. ſan.)q̃ primũ animum uertit. Ob id aũt Cain diffidẽdo errauit: tum quoniam cum Deus ſit æquę iuſtus ac bonus,dicẽte Dauide,*Miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi*; ſicut oculũ ad Dei iuſtitiã, ita
Pſal.84. quoque ad Dei miſericordiam contemplandam uertere debuiſset:tum etiam quoniam cuiuſcumque ſceleris nedum quem pœnitere poteſt, uerum etiam & pro eodem diuinæ iuſtitiæ ſatiſfacere ualet. Cum enim dicat Chriſtus, *Facite*
Luc.3. *fructus dignos pœnitentiæ*; nec aliquid impoſſibile nobis a Deo præcipiatur,uerè dici poterit, quod

iuxta

iuxta offenſę qualitatem, æquiualentem recompenſationem reddere poſſumus.

¶ Homo Dei auxilio adiutus, pro peccatorum pœnis, Deo ſatisfacere poteſt. Cap. LIII.

VErum, quid mirum dicet quis, ſi Cain de uenia obtinenda diffiſus fuerit, quòd Deo, quẽ culpa læſerat, dignè ſatisfacere ſe non poſſe putauerit? Cũ enim, vt ait D.Tho. [Peccatum infinitatem quandam habeat ex infinitate diuinæ maieſtatis;] hominis autem uirtus, finita ac limitata ſit, quonam pacto diuinæ poterit iuſtitiæ ſatisfacere? Ad hoc dicitur, quòd licet ex ſeipſo, & ex propriis uiribus, id efficere homo nequeat, gratia tamen Dei adiutus, præſtare ualet. Qua propter & D. Chryſoſtomus eos, qui pluries in eadem inciderant peccata,& obid deuenia obtinenda pauidos cernens, tamquàm ſi non dignè ſatisfacere potuiſſent, ad pœnitentiæ & ſatisfactionis opera exhortans, ait. [Neque poterit tua pœnitentia ſola, ſordes tot abluere: ſi ſola ſuper fuerit pœnitẽtia, meritò timebis. Sed quoniam pœnitentiæ, Dei clementia, Deique pietas iuncta eſt;fide] Ergo pœnitentia noſtra, noſtraquè ſatisfactio, Dei gratia adiuta; æquiualere poterit offenſę. Et hoc eſt, quòd ait D. Tho. [Sicut offenſa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maieſtatis: ita & ſatisfactio habet quandam infinitatem ex infinitate diuinę miſericordiæ, per quam acceptũ redditur, quod homo reddere poteſt.]

Dubiũ. *3. 1. q. 1. art. 2. ad 2.* *Solutio.* *Vbi ſupra.* *4. d. 15. q. 1. ar. 2. ad 1.*

¶ Satis

¶ *Satisfactio noſtra, quatenus ſumus membra Chriſti, qui pro nobis ſatisfecit, æquiualere poteſt offenſæ.* Cap, LIIII.

Ephes. 5. INdè autem ſatisfactio noſtra tantum roboris ac valoris habet, quoniam ſicut Apoſtolus ait, *Sumus membra corporis eius, de carne eius, & oſſibus eius.* Quibus verbis D. Paulus aperire nobis voluit, quòd cum Chriſto capiti per fidem & gratiam unimur ac iungimur, vna myſtica perſona, cum Chriſto efficimur. Et quoniam capitis virtus in cętera membra diffunditur; dicens D. Paulus, quòd Chriſtus eſt caput noſtrum; quòd ipſe etiã eſt, qui principaliter in nobis operatur, cuiuſque virtute nos operamur, inſinuare uoluit. Quapropter admodum audacter in ſuis epiſtolis tum actiones, tum etiam noſtras Chriſto adſcribere non eſt ueritus paſſiones. Si ergo uita gratiæ uiuimus, Chriſtus cuius uita viuimus, in nobis uiuit.

Gal. 2. *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*, dicebat D. Paulus, Si bonũ uerè cogitamus vel ope-

Phil. 2. ramur, vt ipſemet ait, *Deus eſt, qui operatur in vobis, velle & perficere.* Si aliquid pro Dei gloria, vel proximorum vtilitate loquimur, Chriſtus os

2. Cor. & linguã mouet. *An experimentum quæritis eius,*

13. *qui in me loquitur Chriſtus?* dicebat D. Paulus. Si pro eius fide ac religione tuenda, a prauis hominibus affligimur, multaque ſubſtinemus aduerſa, Chriſtus eſt, qui in nobis patitur. Qua propter

Act. 9. Paulo, eum perſequenti dixit, *Saule, quid me perſequeris*

ſequeris? Si cæde, ac aliis pœnis, vel deniq; crucis ſupplicio afficimur, Chriſtus eſt, qui talia in nobis ſubſtinet. *Et in uobis crucifixus eſt Chriſtus,* dicebat D. Paulus ad Galathas ſcribens. Et ideo 3.
obuians Chriſtus D. Petro, dum fratrum precibus motus, extra portam Latinam egrederetur dixit, [Venio Romam iterum crucifigi; Tamquàm ſi iterum crucis ſupplicium, in eius perſona eſſet paſſurus. Si Dei offenſę uerè nos pœnitet, ac puro ſupplicique corde, humiliter ab eo ueniam precamur, noſtros Chriſtus comitatur gemitus, dicente eodem Apoſtolo quòd, *Spiritus clamat pro* Rom. 8.
nobis gemitibus in enarrabilibus. Si orationibus, ieiuniis, eleemoſinis, cæteriſque bonis operibus, pro admiſſarum culparum pœnis ſatisfacere conamur, Chriſtus eſt, qui noſtram ut ſuam, Deo offert iuſtitiam ac ſatisfactionem, dicente D. Paulo quòd, *Factus eſt nobis iuſtitia noſtra,* & alibi, *Vt* 1. Cor. 1.
efficeremur iuſtitia Dei in illo. Ex quibus ſimul collectis haberi poteſt, quòd operationes noſtrę tum 1. Cor. 5.
internę, tum etiam externæ, obid Deo gratæ exiſtunt, quoniam ſumus membra Chriſti, eiuſque paſsionis participes, dicente D. Ioanne, quòd, 2. Ca. 1.
Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

¶ *Homo ob id à Deo amatur, quoniam Chriſti membrum eſt.* Cap. LV. 1.

ET Ideo ſcribens D. Paulus ad Epheſios, oſtendere volens, quòd Deus nullum pœnitus homini, niſi quatenus membrum Chriſti eſt, cõtulit beneficium

cium, inter enumeranda ea, quæ nobis per Chriſtum collata ſunt beneficia, dixit quòd, *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei per Chriſtum*, quod quidem inter dona homini collata, maximum eſt beneficium. Et quãuis ab æterno Deus nos prædeſtinauerit, dicente D. Paulo quòd,
Epheſ. 1. *Elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem*, voluit tamen, vt prędeſtinatio noſtra per Chriſtum ſuum ſortiretur effectum: & hoc eſt quod ait D. Tho. quòd, [Sic Deus prędeſtinauit noſtram ſa-
3. p. q. 24. art. 3. c. lutem ab æterno operando, ut per Ieſum Chriſtũ compleretur.] Quapropter paulo ante quàm ab inimicis caperetur, ſciens quòd electorum ſalus, non niſi per ipſum, ipſiuſque mortem ſuum conſequi ualeret effectum, pro prędeſtinatis Patrem
*Ioan.*17. orauit dicens, *Pater ſancte ſerua eos, vt ſint vnum ſicut & nos.* Tamquàm ſi Deus prædeſtinaſſet, quòd electorum ſalus per Chriſti orationẽ, eiuſque mortem perficienda eſſet. Et ideo loquens
3. p. q. 21. ar. 4. 2. D. Tho. de Chriſti oratione, dixit quòd, [Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neque pro omnibus, qui erant credituri in eum, ſed pro his ſolum, qui erãt prędeſtinati, ut per ipſum vitam conſequerentur æternam.] Quod quidem,
*Ioan.*17. & ipſe Chriſtus dicere uiſus eſt, cum dixit, *Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos tradidiſti mihi.* electis ſcilicet, & prædeſtinatis. Vt denique oſtenderet D. Paulus, quòd ob id a Deo amamur, quoniã ſumus membra Chriſti filij eius, ſubdidit dicens, *Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem.* Oſtendens ex vnione, quæ eſt in-

ter nos & Chriſtum ueluti unius myſticę perſonę, id nos aſſequi, ut grati ac dilecti Deo efficiamur, iuxta illud, ad Corinthios. *In omnibus diuites facti eſtis in Chriſto.* Per ipſum enim, cum ob Adę peccatum inimici eſſemus Deo, ipſi reconciliati ſumus, dicente D. Paulo, *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Adoptionem filiorum Dei aſſequti ſumus, dicente eodem Apoſtolo, *Miſit Deus filium ſuum, vt adoptionem filiorum reciperemus*, Deique filij effecti ſumus, dicente D. Ioan. *Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.* Quòd autem merito & gratia Chriſti, tale munus fuerit nobis à Deo collatum, oſtendit B. Ioannes, dicens, *Verbum caro factum eſt;* ac ſi dixiſſet. Vt ſcias & credas, quòd ſi fide, & charitate, Chriſto Dei filio adhęſeris, tu quoque Dei filius efficieris: huc mentis oculum dirige, quòd obid Deus factus eſt homo, ut tu qui es homo, Dei efficiaris filius. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Deus factus eſt homo, ut homo fieret Deus] B. Maximus, [Carnem, quam aſſumpſit transformauit in Deum, & B. Tho. quòd, [Noſtram naturam aſſumpſit, ut homines Deos faceret, factus homo.] Et quoniam, ut ipſe Chriſtus dixit Nicodemo, *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis qui eſt in cœlo,* completo electorum numero, uniuerſalique iudicio: electis omnibus aſſumptis, ſibique ueluti membris, carne, oſſibus, ac corpore ſuo, unitis, cum eis cœlum aſcendet, ut quemadmodum ait D. Petrus efficiantur, *Diuinæ conſortes naturæ.* Et

1. p. *2. Cor. 5.* *Gal. 4.* *1.* *Ser. de Nat. D.* *Ser. de Nat. D.* *Ser. de Sacramento.* *Ioan. 3.*

Super Matth. hoc eſt, quod ait B. Auguſtinus. [Tunc ſolus aſcendet, quia caput cum corpore ſuo, unus eſt Chr'ſtus,] Et D. Paulus, *Deus eos, qui dormierunt per eſum adducet dum eo.* Et denique ut ait D. Cariſoſtomus, Amor Dei erga nos, non eſt noſtri gratia ſed Cariſti. Vnde exponẽs illud Matt. 3. Apertum eſt ei cœlum ait, quòd [Apertum eſt ei cœlum, id eſt omnibus propter eum: ſicut ſi Imperator alicui pro aliquo petenti dicat. Ecce hoc beneficiũ non illi do, ſed tibi, id eſt, propter te illi.]

1. Theſ. 4.

Satisfactio noſtra, a ſatisfactione Chriſti, uim habet. Cap. LVI.

ET quoniam inter maxima Dei dona, dum in humanis agimus, hęc quoq. annumeranda uidentur, quòd per pœnitentię ſacramentum Deo reconciliari, ac etiam a peccatorum pœnis, pro ipſis ſatisfaciendo, nos purgare poſſimus: horum utrũque nobis Chriſti merito ac beneficio, Deus conferre uoluit. Quòd autem per Chriſtum aſſequamur, ut noſtræ deleantur culpę, ac Deo recõciliari ualeamus, patet authoritate D. Ioan. dicen-

1. ca. 1. tis, *Sanguis Ieſu Chriſti, mundat nos ab omni peccato.*

¶ Adhuc. 2. Nemo poteſt Deo verè reconciliari, niſi uerè eum pœniteat offenſę. Peccati uero dolor, ſiue contritio, ut dicetur, obid culpam delet, quoniam uotum ſacramenti tacitum, uel expreſſum, ſemper habet annexum. At uerò, ut ait D. Tho. [Virtus ſacramentorum, quę ordina-

Tract. 2. c. 11. 3. p. q. 64 ar. 5. ad 2.

tur

tur ad tollenda peccata, pręcipue eſt ex fide paſſionis Chriſti] & alibi quoque ait quòd, [Chriſtus ſua paſſione remiſſionem meruit peccatorũ; a qua paſſione efficaciam habent claues Eccleſiæ, ſicut & cætera ſacramenta.] Quòd etiam Chriſti munere nobis cõferatur, ut pro culparum pœnis, Deo ſatisfacere poſſimus, etiam probatur authoritate D. Tho. dicentis quòd, [Omnis puri hominis ſatisfactio, efficaciã habet a paſſione Chriſti.] Quibus verbis D. Tho. nobis aperire curauit, quòd noſtra ſatisfactio, a ſatisfactione Chriſti, qui pro nobis ſatisfecit dicente, D. Ioanne. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis totius mundi*, robur & efficaciam habet.

Opus. 22. c. 5. *3 p. q. 1. art. 1. ad 2.* *2. c. 1.*

¶ *Satisfactio aliquando maior eſt offenſa. Cap. LVII.*

ET non ſolum, dum quis per fidẽ & charitatem Chriſto vnitur, ſatisfactionem offenſæ parem reddere poteſt; uerum etiam & ſuper excedentem, ſiue maiorem præſtare valet, dicente Iob, quòd pœna & calamitas, qua afficiebatur, longè ſua excedebat peccata, & D. Paulo, *Ad impleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt eccleſia.* Ex quibus uerbis liquidò habetur, quòd ſancti uiri aliquando grauiores ſuſtinent pœnas, quàm eorum peccata meruerint, & maiora præſtant virtutum officia, quàm culparum ratio expoſceret, & obid meritò dici poteſt, quòd ſatisfactio multoties offenſæ præponderat.

Caiet. 3. p. q. 1. ar. 2. fin. *6.* *Coloſ. 1.*

Merito Cain de diffidentia culpandus. *Cap. LVIII.*

QVantum verò ad factum ipſius Cain ſpectat, dicimus quòd meritò culpandus eſt, quòd de clementia Dei diffiſus fuerit. Etenim cũ in cõmiſſi facinoris cognitionem, Deo monẽte perueniſſet; ab ipſo ueniam patrati ſceleris, dicens cum Da-
2. reg. 12. uide, *Peccaui Domino*; & pœnam, qua ſatisfacere Deo poſſet, dicens, *Corripe me Domine, ſed non in*
Ier. 10. *furore tuo*, precari debuiſſet. Et ita Dei gratia adiutus, & uirtute ſanguinis Chriſti, cuius beneficio patris ſui Adæ peccatum deletum fuerat, di-
Apoc. 13. cente D. Ioanne, *Agnus occiſus eſt ab origine mundi*; æqualem ac parem Deo ſatisfactionem reddere potuiſſet.

¶ *Homo dum viuit, peccati dolorem ſemper cum Dei auxilio admittere.* *Cap. LIX.*

SI verò (vt ad rem reuertamur, hominis natura, ſeu conditio ſpectetur, dum huius vitæ luce fruitur, cuiuſuis peccati (licet non ſine Dei gra-
Cap. 48. tia) vt ſuperius diximus, ſemper pœnitere poteſt,
Pſal. 118. dicente, Propheta *anima mea in manibus meis ſemper*. Quòd autem ſemper poſſe pœnitere, homi-
l. 2. de Ortod. fid. c. 4. nis qualitatem comitetur; probatur authoritate Damaſceni dicentis, [Quod hominibus eſt mors, hoc

hoc Angelis eſt caſus.] Ac ſi diceret, quòd ſicut angeli pœnitendi libertatem, vnico tantum peccato amiſerunt; ita homo tantummodo morte, pœnitendi facultatem amittit. Hoc autem ſic eſſe, etiam probatur authoritate D. Iſidori dicentis, [Nullus deſperare veniam debet, etiam ſi circa finem vitæ ſuæ ad pœnitentiam conuertatur.] Eius autem hac eſt ratio; Quoniam Deus non antecedentem vitam, neque prẹteritam hominis diſpoſitionem tantum: ſed præſentem hominis ſtatum intuetur, dicente Deo, *Iudicabo te, iuxta vias tuas.* *Ezec. 7.*

De ſummo bono.

¶ *Quodcumque peccatum per pœnitentiam remitti poteſt.* *Cap. LX.*

QVòd autem quoduis peccatum per pœnitétiam remitti poſſit: non ſolum verbis Domini dicentis, In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor, verum & ex facultate à Chriſto Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus tradita, probari poteſt. Quando enim dixit; *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis,* &, *Ioan. 20.* *Quæcumque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælis;* nullum peccati genus exclulit. Et quàmuis prædicta Chriſti uerba, quæ ex Mattheo habentur, ad litteram intelligi videantur, de cenſuris præcipuè (huiuſmodi eſt excommunicationis pœna) vel de ſolutione, quæ per indulgentiarum collationem fit: tamen etiam de ligatione & ſolutione in foro ſacramentali intelliguntur; quo-

Matth. 18.

niam claues datæ ſunt Eccleſiæ pro regno cælorum aperindo; quod præcipuè fit, per remiſsionem culpæ.

¶ Adhuc 2. Scelus Iudæ in prodẽdo Chriſtum, valde obſcenum fuit; & tamen ſi verè eum ſceleris pœnituiſſet, Deus culpam illi ignouiſſet. Et hoc eſt quod ait D. Ambroſius. [Arbitror quòd & Iudas potuiſſet tanta miſeratione Domini non excludi a uenia; ſi pœnitentiam non ſolum apud Iudæos, ſed apud Chriſtũ geſſiſſet,] Dicũt enim ſancti doctores, quòd Dominus pœnitentiam Iudæ benignè acceptaſſet, ſi poſtquàm dixit, *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*, ſeipſum laqueo non ſuſpendiſſet. Vnde & B. Leo ait, [Inter omnia ſceleratior omnibus & in fœlicior o Iuda extitiſti: quem non pœnitentia reuocauit ad Deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum.] Origenes quoque de eodem uerba faciens dixit, quòd, [Si locum pœnitentiæ requiſiſſet & tempus pœnitentiæ obſeruaſſet; forſitan inueniſſet eum, qui dixit, Nolo mortem peccatoris.] Indignus ego Iudas remedio fuit; quia non pura mente pœnituit.

¶ 3. His etiã, hoc addi poteſt, quòd nullũ peccatum horribilius morte filij Dei, conſiderari poteſt; cum uerè de homicidis illis dici poſſit, quòd Deum crucifixerunt; ac Deum occiderunt; quorum tamen aliqui, ut placet D. Chriſoſtomo, & Aug. talis facinoris ueniam ſunt adepti.

De pœnit. d. 1. c. Multiplex.
His per actis.
Matt. 27.
De pœn. d. 3. Tract. 35.
Ezech. 18.
De cru. & latr. Ser. paraſ.

¶ Ne

¶ Ne de pietate Dei diffidamus, amicorum Dei delicta, ſcriptura nobis pandit.
Cap. LXI.

NE autem ob quæuis admiſſa ſcelera, de clemētia Dei diffidere debeamus (dummodo eorum nos uerè pœniteat) Spiritus ſanctus ſacræ ſcripturæ Author, ſuorum maximè familiarium delicta, ſcriptis mandari curauit. Ergo, ſi quis in diffidentiæ crimen lapſus fuerit, magnum illum Moiſen contempletur; qui poſt tot ædita ſigna, totque Dei alloqutiones, ad aquas contradictionis, diffidentiæ cōtraxit maculam. Si homicidij vel adulterij culpam quis admiſerit, Dauidem, de quo dixit Dominus, *Inueni virum ſecundum cor meum*, contempletur; eiuſque pœnitentiam imitari ſtudeat. Si auaritiæ uitium, Mattheum & Zacheum publicanos intueatur. Si periurij crimen: timore; vel alia quauis cauſa Chriſtum ab negauerit, D. Petrum & periurum, Chriſtum que negaſſe, in Euangelio legat. Si in lapſum quis inciderit carnis, Magdalenam, Samaritem mulierem, ac Adulteram, tunc in adulterio deprehenſa , eiuſdem à Chriſto veniam aſſequtas, proſpiciat, Si denique quoduis ſcelerum genus ſe admiſiſſe uideat, Manaſſen idolatram, legis ac templi Dei contemptorem, Iſaiæ auunculi, totque Prophetarum homicidam, tātorum flagitiorum veniam, à Domino obtinuiſſe conſideret. Audiat tandem uocem

Nu. 20. 1. 2. reg. 11. & 12. Act. 13. & habetur ex p. reg. 13. Luc 9. & 19. Matth. 26. Luc. 7. Ioan. 4. Ioan. 8. 2. Paralip. 33.

Ezech. 18. Dei. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat;* & Chriſtum D. Petro dicentem, *Non dico*
Mat. 18. *tibi vſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.*

¶ *Promiſſa Dei ac comminationes, iuxta vitæ noſtræ opera mutantur. Cap. LXII.*

Cap. 42. His ergo, quæ ſuperius obiecta ſunt; quæue Nouatus pro ſuæ opinionis aſſertione afferre uidebatur, & pri-
Matth. 10. mum verbis Chriſti dicentis, *Qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum, coram Patre meo.* iuxta D. Tho. doctrinam reſpon-
4. d. 46. q. 2. ar. 3 q. 2. ad 3. dendo dicimus, quòd comminationes Dei ſub conditione intelligi debent; videlicet, ſi quis facti non pœniteat; ſiue ſi obſtinatè in malo perſeueret. Hoc autem authoritate ſcripturæ confirmatur. Ait enim Dominus per Ieremiam Prophetam. *Repente loquar aduerſus regnum, vt deſtruam*
18. *illud.* Populi autem emendatione ſequuta, etiam ſententiæ correctionem promittit dicens, *Si pœnitentiam egerit gens illa malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, at facerem eis.* Aqua ſententia non longè ſunt, verba Ezechielis
18. dicentis, *Si dixero impio morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, vita viuet.* Hoc autem
Ca. 59. euenit, quoniam ut ſuperius diximus, Deus non præteritum tantum ſed præſentem hominis ſta-
Ezec. 7. tum contemplatur, dicente ſcriptura, *Iudicabo te, iuxta vias tuas.* vt enim ait Gloſa, [Deus in vtroque iuſto ſcilicet & impio, non preterita, ſed præ-

ſentia

ſentia iudicat.] Aqua forte ſacræ ſcripturæ doctrina, D. Ambroſius famoſam illam ac vulgatam *Super* excerpſit ſententiam, [Nouit Dominus mutare *Luc.* ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.] Quam etiam ſententiam B. Hieron. comprobãs, ait quòd [Si agimus pœnitentiam, ipſum quoque *Super* ſuæ pœnitebit ſentẽtiæ,] Sic ergo uerba illa Chri- *Amos.* ſti intelligenda dicimus, *Omnis, qui negauerit me* *Matth.* *coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre* *10.* *meo;* Quòd Chriſtus loquitur de illis, quos poſtquàm eum negauerint, facti non pœnitet. Et ideo B. Baſilius de illis, qui Chriſtũ negaſſent (& præſertim tormentis uicti) uerba faciens, dixit quòd ſi eos pœnituiſſet, uenia illis neganda non eſſet. D. Ambroſius pariter, contra eos, qui Nouati ſe- *De pœ-* quebantur errorem loquens ait, [Negant his *nit. d. 1.* oportere communionem reddi, qui per pręuaricationem lapſi ſunt. Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata omnia condonauit.] Quapropter, ut habetur ex Concilij doctrina, [Noua- *Seſ. 14.* tianos remittendi poteſtatẽ olim pertinaciter ne- *c. 1.* gantes, magna ratione Eccleſia Catholica tamquam hæreticos exploſit atque condemnauit.]

Deus nemini damnationem ſuam reuelat. Cap. LXIII.

Quòd autem prædicta Chriſti uerba ſub conditione intelligi debeant, patet; quoniam cõpertum eſt apud Doctores, quòd Deus nemini damnationem

ſuam

ſuam reuelar; ſi quidem in deſperationem ipſum
Sup.Gen. induceret. Immo, ut ait B. Aug. nec etiam Angelis eorum damnatio reuelata fuit. Et quàmuis (ut ait D. Tho.) de poteſtate abſoluta, Deus poſſet damnationem ſuam alicui reuelare; de poteſtate tamen ordinaria (quæ attenditur iuxta ea, quæ cõmuniter Deus agit) facere id non poteſt; quoniam talis reuelatio, in deſperationis laqueum animam conijcere poſſet. Si tamen Deus alicui talem reuelationem faceret, id non abſolutè, ſed ſub cõditione deberet intelligi: uidelicet, ſi quẽpiam erroris non pænituiſſet; ac uitæ correctionem non impoſuiſſet. Et hoc eſt, quod ait D. Tho.
De ve- rit. q. 23. ar. 8. ad 2. [Et ſi alicui talis reuelatio fieret, deberet intelligi non per modum prophetiæ prędeſtinationis; ſed per modum prophetiæ comminationis; ſuppoſita conditione meritorum.] Et ad hoc propoſitum
1. p. tit. 12. par. 4. adduci poteſt exemplum, quod recitatur a B. Antonino de diſcipulo illius Senioris, cui cum reuelata fuiſſet diſcipuli damnatio; eidem poſtea reuelata fuit eiuſdem ſaluatio. Aliquo forte uitio, uel praua animi affectione laborabat; qua cognita, & emendatione propoſita; ſententia (quæ ſibi mortem minabatur æternam) mutata fuit.

¶ *Plures poſt Chriſti abnegationem, in Dei gratiam reuocati. Cap. LXIIII.*

ET quoniam eo tempore, quo perſequtiones tirannorum contra eccleſiam craſſabantur, plures tormentis, parentum

tum eſt, quemadmodum etiam legimus de B. Marcellino Papa, & aliis, ut in martyrum hiſtoriis uidere eſt; qui tamen poſtea errore depulſo: uel (quod magis crederem) timore depoſito, glorioſè martyrium cõſumauere, ac in in ſanctorum numerum ſunt relati; meritò dicendum uidetur, quòd Chriſtus loquitur de illis, qui poſt quàm eũ negaſſent, in ipſa erroris prauitate, uitę finem impoſuiſſent. Vt fortè dici poteſt, quòd Chriſtus loquitur de illis qui potius animi prauitate, & odio quo Chriſtum ac eius fidem execrabantur: quàm minis, uel tormentis uicti, ipſum negaturi eſſent: cuiuſmodi illi fuerunt, qui, ut ait D. Hieronymus, ante tribun. l, ſiue ſtatuam Martis, Chriſtũ abnegãtes, ac blaſphemantes, eum beelzebulo uocauerunt, qui quidẽ tanti ſceleris ueniam, ut idem D. Hieronymus ait, aſſequti non creduntur. *Ad Marcellam.*

¶ ***Authoritates D. Pauli ſupra cap. 42. citate, declarantur. Cap. LXV.***

AVthoritatibus uerò D. Pauli ad hæbræos, quę Nouati opinioni fauere uidebantur, reſpondendo dicitur, quòd cum fuerit Iudęorum mos, qui buſdam aquis ablui, iuxta legis Moſaicę ritum; qua quidem lotione, a nonnullis peccatorum ſordibus purgabantur; illi qui ex circuncißione ad baptiſmum conuolauerant, per baptiſmi reiterationem, peccatorum remiſſionem, in quæ poſt baptiſmum incidiſſent, aſſequi ſe poſſe arbitra-

bitrabantur. Verum, hoc eſt (ait D. Paulus) impoſſibile. Quoniam ſicut ſemel tantum Chriſtus cruci affixus, mortuuſque eſt; ita quoque aqua baptiſmi, per quem remiſſionem peccatorum aſſequimur; ſemel tantum a peccatorum ſordibus, nos abluere poteſt. Sed opus eſt, dicere intendebat D. Paulus, quòd ſi a peccatis poſt baptiſmum contractis mundari uolumus, ut abluamus nos

Iſa. 4. aquis baptiſmi pœnitentiæ, de quo ſcriptum eſt, *Si abluerit Dominus ſanguinem filiarũ Sion & ſaguinẽ Ieruſalem lauerit, in ſpiritu iudicij, & igne ardoris.*

Hab. 10 Cum etiam dixit D. Paulus, *Voluntariè peccantibus nobis, non relinquitur oſtia pro peccato,* dicimus uel quòd intellexit de oſtiis ſiue ſacrificiis legalibus, quæ pœnitus ablita fuerunt, & de quibus di

Hab. 10 xerat quòd, *Impoſſibile eſt per ſanguinem hircorum, aut taurorum auferri peccata;* Vel quòd (ut modo dictum eſt (intellexit de baptiſmo, qui reiterari non poteſt. Abſolutè autem loquendo, dicimus quòd authoritates iſtæ D. Pauli, non aduerſantur his, quę diximus, quòd per pœnitentiam Deo reconciliari poſſimus; quoniam ſacramentum pœnitentiæ, non oſtia, ſiue ſacrificium; quin potius examen, iudicium, ſiue tribunal apud quod cauſa pœnitentis agitur: a quo quidem tribunali, uel abſoluitur, uel condemnatur, dicendum eſt.

Cur

Cur baptiſmus a D. Paulo oſtia, appellatus ſit. Cap. LXVI.

BAptiſmus autem a D. Paulo; obid oſtia ſiue ſacrificium appellatus eſt, ut aperiret ꝙ ſicut per oſtias & ſacrificia legalia peccatorũ pęnę expiabantur, ita quoq; per aquam baptiſmi, oſtia, ſiue ſacrificium, qđ pro purgandis peccatis noſtris in ara crucis Chriſtus obtulit, dicente D. Petro, *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris*, plenè & perfectè nobis confertur. Et quoniam baptiſmus, reiterari non poteſt, ſed ſemel tantum nobis confertur: meritò ait D. Paulus ꝙ, *Non relinquitnr oſtia pro peccato*, & ideò ad pœnitentiæ ſacramentum confugiendum eſt, ſi poſt ſuſceptum baptiſmũ peccati ſordes contraxerimus. 1.3.

¶ *Tractatus peccati in Spirtum ſanctum, difficilis. Cap. LXVII.*

HIs, quæ Nouati opinioni fauere uidebantur reiectis, etiam alteri opinioni dicenti, quædam peccata reperiri pænitus irremiſſibilia, ueluti eſt peccatum in Spiritũ ſanctum, de quo dixit Christus quòd, *Non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*, & peccatum illud, de quo D. Ioannes ait, *Eſt peccatum ad mortem*; ſatisfaciendum remanet. At quoniam locus iſte, magnam præfert Mat. 12. 1.5.

De verb. Dom.ſer. 11.

fert difficultatem,& ut ait D.Aug.[Fortè in omnibus ſcripturis ſanctis, nulla maior quæſtio, nulla cilior inuenitur] quò clarius hæc, quę dicturi ſumus percipi poſſint,Primũ oſtendetur, quid ſit tale peccatum, iuxta euangelij literam; Dinde, quidnam ſit iuxta ſanctorum Patrum, & præcipuè B.Aug.doctrinam, quo modo communiter hodierno tempore de eo fit ſermo; Ac denique quo pacto iuxta utrunque ſenſum irremiſſibile; ſiue quòd non remittitur,dicatur.

¶*Quid ſit peccatum in Spiritum ſanctum, iuxta euangelij litteram.* LXIIII.

2.2.q.14 ar.1.c.

QVò ad priorem attinet ſenſum, iuxta ſanctorum Patrum Athanaſij, Iiarij, Criſoſtomi, & Ambroſii ſententiam dicimus, quòd tale peccatũ nil aliud eſt,quàm quoddam blaſphemiæ genus, qua opera Dei, malo dęmoni attribuuntur; cum uidelicet aliquis non ignorantia, ſed magis(ut ait Caietanus) maligna machinatione, ac praua mentis diſpoſitione, qua fertur aduerſus Deum, conatur ut quæ Dei eſſe cognoſcit, aut putat, deſtruat, peruertat, uel naturæ euentibus adſcribat; cuiuſmodi fortè (ut infra dicetur fuit peccatum Iudæ, qui Chriſtum magicis artibus miracula facere putabat,uel illorum, de quibus ſuperius dictũ fuit, quòd ante Martis ſimulachrũ Chriſtum beelzebub uocauerunt. Illiusmodi quoque ſi uerba ſpectentur) fuit peccatum populi Iſraelitici di-

Ienti. 8. q.1.
Tract.3. c.29.
cap.64.

cenus

centis de uitulo aureo, *Iſti ſunt dij tui q te eduxerũt da terra Aegipti*, & Phariſeorum Chriſti opera calumniantium ac dicentium; *In beelzebub principe dæmoniorum eijcit dęmones*. Hoc autem ita ſe habere, ut dicimus, ex euangelii littera oſtenditur. Cum enim eius humanitati iniuriam irrogaſſent dicentes, *Ecce homo uorax, uini potator, publicanorum ac peccatorum amator*, ad peiora animum uertentes, etiam eius diuinitatem iniuria affecerũt dicentes, *In beelzebub principe dęmoniorum eijcit dæmonia*. Quorum iniquam ac peruerſam intuens mentem, eorumque deteſtans inquietatem dixit, *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum; ſed reus erit æterni delicti*. Qua autem de cauſa talia dixerit, B. Marcus aperit dicens, *Quoniam dicebant, Spiritum in mundum habet*. Adeò quòd non ob iniuriam humanitati, ſed eius diuinitati irrogatam; ea Chriſtus protulit uerba.

Exod. 32 · Mat. 11. · Mar. 3. · Luc. 11. · 3.

¶ Cur tale peccatum irremiſſibile dicatur. Cap. LXIIII.

NEc uerò tale peccatum irremiſſibile dicitur, quia per Dei potentiam remitti non poſſit, cum ſuperius dictum ſit, quodcumque peccatum per Dei potentiam dilui poſſe; nec etiam obid, quia per Dei miſericordiam non poſſit deleri; cum ut ſupradiximus, Dei pietas quauis hominis culpa maior ſit; nullumq; reperiatur peccatum, quod per eius ſolitam pietatem

cap. 49. · cap. 50.

tem ac miſericordiam, tam per Baptiſmũ, quàm per penitentiæ ſacramentum ablui poſſit; Nec etiã irremiſſibile dicitur, quia eius hominem pænitere non poſſit; cum ſuperius dictum ſit, nullum re-
cap. 48. periri peccatum, cuius pœnitere hominem non poſſit, & quemadmodum ait B. Aug. [Hęc blaphemia remittitur, ſi recta pęnitentia ſequatur] Beda quoque de ſic calumniantibus Chriſtum uerba faciens dicit. [Sicut Niniuitis, ita quoque Iudæis dari tempus pænitentiæ, nec eos debere deſperare, ſi uellent pœnitentiam agere.] Nec etiã ex natura peccati; cum commune ſit cuilibet peccato mortali (quantum eſt ex parte ſui) eſſe irremiſſibile; cum ob quodlibet peccatum mortale homo ſeparetur a Deo (ut dicetur) dignus que æterno fiat ſupplicio; ſed ob dicitur irremiſſibile;
cap. 80. quoniam cætera peccata (regulariter loquendo) remittuntur hominibus; hoc autem (regulariter loquendo) numquàm remittitur. Paſſim etenim, & ut plurimum cætera peccata, puta ſuperbiæ, auaritiæ, luxuriæ, odij, ac inuidię, aut cuiuſuis alterius peccati, per pœnitentiæ ſacramentum hominibus remittuntur; hoc autem regulariter, ſiue ſecundum communem curſum, non remittitur. Hanc autem differentiam inter hoc & cætera peccata, Chriſtus (ut uidere eſt apud D. Matthæum,
12. nobis patefecit. Loquens etenim de peccatis, quæ cõtra Filium hominis, & cõtra Spiritum ſanctum committuntur; hoc inter utraque aſſignauit diſcrimen; quòd peccata contra Filium hominis remittuntur hominibus, pęccata uerò, quæ con-

tra Spiritum ſanctum committuntur, minimè, dicente Christo de tali peccati genere quòd, *Non remittetur, neque in hoc ſeculo neque in futuro.* Mat. 12.
Adeò, ut hæc ſit inter utraque differentia, quòd reliqua peccata, communiter, & regulariter remittuntur hominibus, quàmuis non ſingulis; quoniam adulterii, homicidii, ac cæterarum blaſphemiarum; quæ in dies committuntur, crimina (etſi non ſingulis) ſecundum tamen communem curſum, & ut plurimum remittuntur; at uerò tale peccatum, regulariter & ſecundum communem curſum numquàm remittitur. Et quàmuis (ut Caietanus admonet) etiam illis, ſi pœnitentiam agerent, uenia daretur; diſpoſuit tamen diuina iuſtitia, permittere iſtos impœnitentes perſeuerare; ita quòd per hæc Chriſti uerba, non ſolum oſtenditur negatio remiſſionis talis blaſphemiæ; uerum etim & negatio doni pœnitentię; tamquàm ſi diceretur; quòd peccantibus ſpiritu blaſphemiæ, numquàm concedetur remiſſio, quia numquàm eis concedetur gratia pœnitendi; exigente hoc maxima illorum nequitia Non ergo dicitur irremiſſibile, quia impoſſibile ſit ut remittatur; ſed quia tanta eſt huius peccati labes, quòd ex diuina iuſtitia fit, ut tales regulariter peccati nõ pœniteat. Nec tamen obid diſperatione animus obruendus eſt, ſi quis tale ſe admiſiſſe peccatum agnoſcat; quoniam ut inferius dicetur, Deus aliquando etiam talibus pœnitentiæ ſpiritum largitur; cum miſericordiam ſuam communi rerũ curſui non obligauerit; ut uidere eſt, in conuer- cap. 78.

G ſione

ſione D. Pauli, Mathei, Magdalenę, & Latronis; qui miraculosè ſtatim & perfectè conuerſi ſunt. Nõ igitur Chriſtus obtinendæ ueniæ impoſſibilitatem, ſed potius magnam eiuſdem difficultatem inſinuare uoluit. Vnde autem talis oriatur difficultas reſipiſcendi, & ſe ad Deum conuertendi;
cap. 79. in ſequẽtibus oſtẽdetur. Enixè ergo ſic peccantibus inſiſtendum eſt orationibus, ieiuniis, elemoſinis, ac Sanctorum orationibus implorandis, ut Dei miſericordiam, qui non uult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat, ſibi ſentiant affuturam.

¶ *An Phariſei plenè tale peccatum incurrerint.* *Cap.* LXX.

AN autem phariſei; quorum gratia Chriſtus talia protulit verba, plenè peccatum illud incurrerint, annon; id non eſt uſquequaque clarum. Si enim uerba ſpectẽtur; cum Chriſti opera dæmoni adſcriberent, in illud incidiſſe uidentur. Si uerò hoc aduertatur, quòd ad plenam talis blaſphemiæ rationem hoc requiritur, ut ea dæmoni adſcribãtur, quæ quis Dei cognoſcit, aut eſſe putat: & quod id (non ex graui aliqua paſſione dominãte, ſed animi duntaxat malitia, ac odio quo aduerſus Deum fertur, agatur; cum iudęi id non cognouerint (licet praua mentis affectio, ignorantiæ cauſa extiterit) eos funditus tale peccatum incurriſſe, non apparebit. Huius autem ratio hęc eſt; quoniã

cum

cum iudęi Chriſti diuinitatem nõ crederent; immo a legis peritis & iudæorum proceribus (quãuis in meritò) ut ſabbathi ſpretor haberetur, dicente D. Ioanne, *Propterea perſequebãtur eum iudæi, qa hæc ſabbato faciebat,* & alibi, *Nõ eſt hic homo a Deo, qui ſabbathum non cuſtodit;* malitia ac inuidia, qua in Chriſtũ ferebantur, tali admixta ignorantię, facile quoq; erat eos ad tam impiã declinare ſentẽtiã: ueluti ſi quẽ (uel unicũ fidei articulũ negantẽ) prodigia facere uideremus, eum tamẽ ſemper, ut hominum dementatorem, præſtigioſum, a fide ac a ueritate alienum, haberemus. Nec uerò ob Phariſeorum excuſationem hæc dicimus, cum certè nulla digni extiterint, cum non zelo Dei, & paternatum legum (quemadmodũ D. Paulus) ſed magis animi odio ac malignitate laborauerint; quin potius hæc aſſerimus, ut oſtendatur quòd tale peccati genus (cum non ex ignorantia, neque ex graui aliqua paſſione, ſed tantum ex praua mẽtis affectione committatur) non adeò paſſim & facile incurritur: & quòd meritò tale peccatum regulariter non remittitur. Et iuxta hunc ſanctorum Patrum Chriſoſtomi, & Aug. ſenſum, Chriſtus Phariſeos monitos facere curauit, ut tã prauas impiaſque reiicerent cogitationes, ne in adeò tã grauis culpæ pœnã, eis remiſſio peccatorum negaretur. Ac ſi dixiſſet. Qui me publicanorum & peccatorum amicum uocant, uoracem ac uini potatorem appellant; aliqua excuſatione digni uidentur; quoniam eorum allocutione, familiaritate, menſa, ac cibis non dedignor, nec ea, qua

5.
9.

BIBLIOTECA UNIV... SEVILLA

Ioannes auſteritate ac uitę parſimonia utor. At uerò uos, qui legis eſtis doctores, quique ſolum Deum miracula operari poſſe ſcire poteſtis, dicēte lege ueſtra, *Qui facit mirabilia magna ſolus*, & opera, quæ ego facio in nomine Patris mei ſatanæ adſcribitis, uidete ne diuina id exigente iuſtitia, pœnitendi uobis gratia denegetur, cum eius rei mala mens, malus animus, magis quàm ignorantia, cauſa exiſtat.

Pſal. 135.

¶ *Quid ſit tale peccatum, iuxta B. Aug. doctrinam.* *Cap. LXXI.*

SI uerò, quid ſit peccatum in Spiritum ſanctum, iuxta B. Aug. doctrinam, & prout de eo communiter fit ſermo, quæratur, dicimus, quòd tale peccatum nil aliud eſt, niſi finalis impęnitentia, ſiue perſeuerantia inquouis peccato, uſque ad mortem. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Huic ergo dono gratiæ Dei, quicumq; reſtiterit, uel repugnauerit, uel quoquo modo fuerit ab eo alienus uſque in finē uitę temporalis, non remittetur ei, neque in hoc ſęculo, neque in futuro.] Tale etiam eſt, iuxta mentem B. Aug. peccatum, de quo loquebatur Ioannes cum dixit, *Eſt peccatum ad mortem; pro eo nondico ut oret quis*; uidelicet finalis impœnitentia. Et ſic de peccato contra Spirtum ſanctum loquendo, ita peccatum illud incurriſſent, qui eum hominem uoracem appellabant, ueluti illi, qui eum magum putabant; ſi talibus detenti cogitatio-

De uerb. Dom. Ser. 11.

tionibus, finem uitę impoſuiſſent. Sicut enim quęlibet febris, ſi diutius perdurauerit, ob conſumptionem tandem humoris radicalis, ut phiſici aſſerunt, in tabem, tiſim, uel æticam conuertitur; ſic& peccatum quodlibet, ſi in eo uſque ad finem uitę quis perſeuerauerit, ob repugnantiam ſeu reſiſtentiã quam homo perſeuerando in peccatis gratiæ Dei prętat, efficitur peccatum in Spiritum ſanctum. Es quoniam (ut dictum eſt) hominem dũ uita fungitur, cuiuſlibet peccati pęnitere poteſt, ex his colligere poſſumus, quòd, nemo poteſt dici tale peccatum uerè incurriſſe, niſi poſt quàm euita deceſſerit. Et hoc, quod ait B. Aug. [Quod non prbatur ab aliquo eſſe commiſſum, niſi cum de corpore exierit. Quandiu uero hic uiuit, eum ſicut dicit Apoſtolus, Patientia Dei ad pœnitentiam adducit.] *c. 59.* *Vbi ſup.* *Rom. 2.*

¶ *Cur finalis impęnitentia peccatum in Spiritum ſanctum dicatur.* LXXII.

VOcatur autem finalis impœnitentia peccatum in Spiritũ ſanctum, quoniam directè opponitur remiſſioni peccatorũ, quæ charitatis eſt opus, dicente ſcriptura quòd, ***Charitas operit multitudinem peccatorum;*** quæ quidem charitas, ſpecialiter Spiritus ſancti perſonæ attribuitur. Et quoniam non peruenitur ad finem niſi mediantibus *Prou. 1.*

mediis, ſicut adultis non datur aditus ad cœlum, niſi mediãtibus mediis a Chriſto aſſignatis humi litate cordis ac puritate eiuſdem, dicente Chiſto,
Matth. 5 *Beati pauperes Spiritu; Beati mundo corde*; cæteriſq; beatitudinibus a Chriſto expreſſis; quoniã ſunt ueluti ſcala ſiue gradus quidã, per quos cœlũ aſcẽdendi nobis aditus datur; ita quoque uerisimile eſt, quòd Dei pietas, neminem in peccatũ finalis impęnitentiæ labi permittat; qui prius in aliquã ſpecierum peccati in Spiritum ſanctum (de quibus ſtatim agetur) lapſus non fuerit. Et quàmuis ob unicum tantum mortale peccatum, poſſit quis damnationem incurrere; qua propter non uidetur rationabiliter dici, neminem in peccato finalis impęnitentiæ decedere, qui prius aliquam ſpeciem dicti peccati non contraxerit, dicimus (ut
3. d. 43. q. 1. ar. 5 placet D. Tho.) quòd hoc peccatum non neceſſariò prçexigit alia peccata; immo poteſt eſſe primum peccatum, & obid, quòd unicum illud peccatum (quod cumque ſit) aliquam ſpeciem dicti peccati annexam habere poterit; ueluti ſi dicamus, quòd unicum illud Iudæ peccatum (puta proditio) annexam habuerit deſperationem.

¶*Quæ nam ſint, talis peccati ſpecies. Cap. LXXIII.*

TAlis autẽ peccati ſpecies (ut ex B. Aug. colligitur, ſunt ſex; uidelicet, præſumptio clementię ac pietatatis Dei; & deſperatio eiuſdem; ut ipſe ait, de fide
c. 3. ad Petrum; impugnantio ueritatis agnitæ; ac in-

uidia

uidia fraternę charitatis.ut idem habet, de unico baptiſmo: impenitentia,ut habetur,de Verb. Domini;ac denique. obſtinatio mentis; prout in Enchiridio continetur.

¶ Cur talia peccatorum genera, peccatum in Spiritum ſanctum dicantur. Cap. LXXIIII.

VOcantur autē talia peccatorum genera, peccatum in Spiritum ſanctum,dupli ci ex cauſa. Quarum una eſt; quoniá talia peccatorum genera,præcipuè ex malitia committuntur; quæ opponitur bonitati, quę quidem Spiritui ſancto attribuitur;Altera ue rò,quoniam directè excludunt,& remouent omnia media;per quæ,quis a peccato retrahi poteſt, & ad gratiæ receptionem diſponi.

¶ Sex ſunt,quæ ex ſui natura,hominem a peccato re traherepoſſunt. Cap. LXV.

HOc autem ita ſe habere, ut dicimus, ſic oſtenditur. Sex inter cætera ſunt, quæ ex ſui natura, ſeu qualitate retrahēdi hominem a peccato, uim habere uidentur, eumq; ad gratiæ receptionem diſpoſitum ac benè affectum, reddere poſſunt.

¶ Quorum primum eſt,iuſtitię Dei conſideratio,quæ ſicut nullum bonum irremuneratum,ita nullum malum impunitum,uult pati.Et enim ait Cicero. [Quàm multos diuini ſupplicij metus,a de leg.

ſcelere reuocauit.] Et de hac ęqua Dei ſtatera loquens D. Paulus ait, *Reddet unicuique ſecundum opera ſua*, & ad Hæbræos ſcribens ait, *Horendum eſt incidere in manus Dei uiuentis*.

Rom. 2.

¶ Alterum eſt, miſericordiæ ac pietatis Dei erga nos contemplatio, de qua ait D. Paulus quòd, *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*; Etenim ſi huc mentis oculos figere uoluerimus, quòd Deus (ut ait D. Pau.) ſola ſua benignitate, *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum*; uitamq; nobis promiſit ęternam dicens, *Gaudete, quia merces ueſtra copioſa eſt in cælis*; facile ab eius iniuria, hominis animus compeſcetur.

Tit. 3. Col. 1. Matt. 5.

¶ Veritatis etiam cognitio, quæ lumine fidei habetur, plurimum ualet ad deterrendum animum a Dei offenſa. Etenim cum fidei lumine cognoſcimus, quod præmium bonis, quodve improbis ſupplicium maneat, dicente Chriſto; *Qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam, qui uerò mala, in ignem æternum*; ſpe boni fruendi, facilè a peccato cohibere nos poterimus.

Ioan. 5.

¶ Donum etiam gratiæ, & charitatis, qua peccata dimittuntur, cum ſecum peccatum non compatiatur, peccati horrorem, haud difficile incutere ualebit. *Quæ conuentio lucis ad tenebras, aut quæ comparatio Chriſti belial?* dicebat D. Paulus.

2. Cor. 6.

¶ Deformitas etiam peccati, de qua ait D. Paulus, *Quem fructum habuiſtis in illis; in quibus nunc erubeſcitis?* plurimum ad eius euitationem conferre poterit. Si enim Homerus, natura duce, pec-

Rom. 6.

cati

cati fœditate perſpecta dixit. *Odiſs.*

Melius eſt mori, quàm uiuenets peccare. *Ethic. 5.*

Et Ariſ.[Melius eſt iniuriã pati, quàm alteri nocere,] ꝙ quædam animi prauitas ac obliquitas ſemper iniuriam comitetur, cur mens hominis Chriſtiani a peccato patrando non deterratur, cum peccato Deus iniuria afficiatur?

¶ Quàm uerò breuis, & ut ita dicam momentanea ſit delectatio, quæ in peccati commiſſione reperitur, primorũ parentũ exemplo oſtenditur; de quibus ait ſcriptura, quòd quàm primum uetiti arboris fructum deglutierũt, ſtatim, *Aperti ſunt oculi eorum;* ad Dei offenſam & quam inciderant miſeriam intuẽdam. Id etiam, & Amnonis filii Dauidis exemplo optimè monſtrari poteſt; qui cum ſororem Thamar, cuius amore deperierat, conſtuprasset; tãto eam ſubitò inſequtus eſt odio, ut nec propè ſe, eam aſſiſtere paſſus ſit. *Gen. 3.* *2. reg. 13*

¶ *Sex ex oppoſito ſunt, quæ ex ſui qualitate, indurandi hominem in peccato, uim habent.* *Cap. LXXVI.*

ET quemadmodum ſex, quæ prædiximus, peccati odium, & deteſtationẽ ex ſui natura homini inducere poſſunt; ita ex oppoſito ſex ſunt, quæ ex ſui qualitate, uim habent obdurandi hominem in peccatis; eumque Dei gratię repugnãtem ac renitentem reddere ualent; cum gratię Dei directè obſiſtant, ac aduerſentur; cuiuſmodi ſunt illæ

cap. 73. illæ peccatorum ſpecies, quas ſuperius enumerauimus.

¶ Quidam enim quàm magna ſit Dei pietas, Pſ. 144. de qua ait Ppropheta, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*; attendentes; omnia peccatorum genera prolibito admittere non curant; tãquàm ſi nullam de admiſſis ſceleribus, Deus ab homine ex poſceret rationem; cum tamẽ dicat Scriptu Ecc. 12. ra, *Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium*; & tales meritò præſumptuoſi uocantur: quoniã, ut ait 2. 2. q. 14. ar. 2. c. D. Tho. [Putant ſe gloriam poſſe adipiſci ſine merito, uel ueniam ſine pænitentia.] Et de ſimilibus loquens D. Ambroſius ait. [Sunt aliqui, qui- Super. 2. cap. ad Rom. bus placent mala, quę agunt, & de miſericordia Dei nimis præſumentes, & Dei patientia abutentes, in eis pertinaciter perdurant.] Et contra tales ait ſcriptura, *Eccl. 5. Ne dixeris, Miſericordia Dei magna eſt; quoniam miſericordia, & ira ab illa cito appropinquant.*

¶ Alij e contra, diuinæ iuſtitiæ, de qua ait D. Hæb. 10 Paulus, *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, ſeueritatem conſiderantes: inſtar Cain & Iudæ de clementia Dei diffidunt; veluti pro certò tenentes, quòd Deus illis peccata ignoſcere nolit, vel non poſsit. Tamquàm ſi non habeat tantam potentiam, quòd peccata remittere poſſit, vel tantam bonitatem, vt ea remittere uelit; ſiue tamquàm omnia non poſsit, vel inuideat hominum ſaluti. Et de talibus loquens D. Ambroſius, ait. [Sunt aliqui, quibus Vbi ſup. diſplicent mala, quæ agunt, ſed quoniam grauia

eſſe

eſſe intelligũt, putant ſibi iam non poſſe ignoſci, ſicut ille, qui dixit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.*] *Gen.4.*

¶ Alij, ut liberius peccatis inſiſtere poſſint, veritatem, quam lumine naturæ uel lumine fidei cognoſcunt, toto conatu, audacter, & contra ipſorum conſcientiam impugnare conantur. Et hinc fit, ut quidam Romani pontificis authoritatem, ne debitam ſibi obedientiam præſtent: alij operũ neceſſitatem, vt a ieiuniis, cæteriſque ſatisfactionis operibus ſe eximant; alij animarum negant immortalitatem, ut in omne flagitiorum genus audactius prorumpere poſſint. Et de talibus Iſaias verba faciens dicit quòd, Dicunt bonum malum, & malum bonum; lucem tenebras, & tenebras lucem appellant. 5.

¶ Alij peccatorum fœcibus obuolutos ſe proſpicientes; eos, quos purè & ſanctè viuere cernũt, maximà proſequntur inuidia, & eo extenditur in eos liuor, (veluti ipſi non ſint, perditis moribus deprauati,) vt etiam ſummè triſtentur, quòd Dei gratia, eiuſque dona ac virtutes, quas hominibus impertitur, in mundo dilatentur, quòdque multi a peccati ſeruitute liberati, ad Deum conuertantur. Tale fortè fuit Cain peccatum, qui fratrem Abel occidit, quòd ipſum Deo gratum conſpiceret; ac etiam Iudæorum erga Chriſtum, qui, dum ipſum plurima ſigna facere proſpicerent, inuidia, qua in ipſum ferebantur acti; ut eum è medio tollerent, decreuerunt. Et contra tales, ait ſcriptura, *Stulti deteſtantur eos, qui fugiunt mala.* *Gen.4.* *Prou.13*

¶ Alij

¶ Alij auté vel peccati conſuetudine, vel quauis animi affectione deuicti, peccati fœditatem veluti rem honeſtam, & virtutis actum æſtimantes: nulla ob commiſſa peccata pœnitentię, ſeu ſatisfactionis opera, de præteritis peccatis facere proponunt, & tales impænitentes meritò uocantur. Et de huiuſmodi hominum genere conque-
Ier. 8. rens Deus per Ieremiam ait. *Nullus eſt, qui pænitentiam agat ſuper peccato ſuo dicens, Quid feci?*

¶ Alij tandem peccatorum oblectamenta, pro ſumma fœlicitate ducẽtes, quouſque eis vita frui licebit, nunquàm ab eis abſtinere proponunt: & tales obſtinati uocantur. Talem nobis Scriptura
2. Paralip. 26. regem Sedechiam proponit dicens quòd, *Indurauit faciem ſuam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſrael.* Ergo, hę duæ poſtremæ ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, impęnitẽtia videlicet, & mentis obſtinatio, in hoc differunt; quòd impœnitentia præteritum tempus & pręterita peccata reſpicit, cum propoſito ipſorũ non pœnitẽdi: obſtinatio verò futurum proſpicit tempus, uidelicet, nolle peccata in poſterũ dimittere.

¶ *Alia peccatorum genera non ita receptioni gratiæ, veluti prædicta peccata repugnant.* *Cap. LXXII.*

MEritò ego, talia peccatorum genera, peccata cõtra Spiritum ſanctum dicuntur, quoniam gratiæ Dei directè repugnare ac obſtare uidentur; quod

quidem

quidem,alia peccata,nequaquàm efficiunt, Multi enim reperiuntur, qui licet grauioribus adſtringantur peccatis, Dei tamen ſemper aliquo timore præmi ſe ſentiunt, eumque ſecum mitius agere precantur,quod præſumptuoſi non agunt. De Dei pietate non diffidunt; immo eum tandem propitium ſibi fore ſperant, quod non faciunt illi, qui de miſericordia Dei deſperant. Si quando ab amicis obiurgantur,etſi emendatio non ſequatur; dolent tamen quòd paſſione uicti, præſtare non poſſunt,quod qui agnitam ueritatem impugnant,facere contemnunt. Dei ſeruos ſanctè pureque uiuentes, honore afficiunt, ſeque eorum orationibus commendant, quod ab his qui fraternæ charitati inuident,alienum eſt. Sic ſunt affecti,ut ſi quando eos Deus reſpexerit, & a peccatorum laqueis, quibus adſtricti tenentur, explicare ſe poterint: dignos pro uiribus pęnitentiæ fructus efficient, quod ab impęnitentibus longè admodum eſt. Et denique ab illis, in poſterum ſe abſtinere proponunt, quod obſtinati efficere non diſponunt.

¶*Dei pietas, etiam illis, qui talia peccata admiſerint, plerumque ignoſcit. Cap. LXXIII.*

ET licet qualitate peccatorum, & animi malignitate perſpecta, adeò talia peccatorum genera, Dei gratiæ repugnare ac obſiſtere uideantur; Deus tamen, qui, ut ſancta canit Eccleſia, [Omnipotentiam ſuam

ſuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtat,] interdum etiã talibus gratiæ lumen largitur;
Rom. 5. in eiſq; illud D. Pauli dictũ uerificatur, *Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia*. Singulari enim quodam, ac excellenti Dei auxilio adiuti,
2.Tim.2 e diaboli manibus, a quo (ut ait D. Paulus,) *Captiui tenentur ad ipſius voluntatem;* eripiuntur; & ſi, ut ibi ait D. Tho. hoc difficile ſit, dicente Scriptura,
Iſa.49. *Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit a robuſto, ſaluum eſſe poterit?*

¶ *Quo pacto tale peccati genus irremiſſibile dicatur.* *Cap.* LXXIX.

CVm ergo Chriſtus loquens de peccato in Spiritum ſanctũ dixit quòd,
Matth. 12. *Non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro;* ſi nomine peccati contra Spiritum ſanctum intelligatur finalis impęnitentia, quomodo intelligere uidetur B. Aug. nulli dubium eſt, peccatum in Spiritum ſanctum ſic acceptum, pænitus irremiſſibile eſſe. Si enim hic per cordis contritionem, & pœnitentiæ Sacramentum non remittitur, neque in futuro ſæculo umquàm remittetur. Vt enim dixit Chri-
Ioan. 9. ſtus, *Venit nox quando nemo operari poteſt.* Si autem de quouis alio peccato intelligatur, cum ſu-
cap. 49. perius dictum ſit, nullum eſſe peccatum, cuius hominem pęnitere nõ poſſit, & quemadmodum
Vbi ſup. ait B. Aug. [De quocumque peſſimo in hac uita conſtituto, non eſt deſperandũ,] Dicimus, quòd tale

tale peccatum, quodcumque illud ſit, ut etiam ſuperius dictum fuit, irremiſsibile duabus de cauſis dicitur. Vna quarũ eſt, quia tale peccati genus, cum ex malitia cõmittatur, quantũ eſt ex ſe, ueniam non meretur; ſiue, ut Magnus Albertus ait. [Cauſam remiſſibilitatis, & congruitatem ſecum non habet;] Altera uerò, quoniam (ut ait D. Tho.) tales rarò pęnitet. Ait enim quòd, [Aliquãdo tales quaſi miraculosè ſpiritualiter ſanantur.] Et quoniam ea, quæ rarò fiunt, a ſacra Scriptura, a ſanctis Doctoribus, & ab Ariſtotele, ueluti impoſſibilia dicuntur, quomodo Philoſophus de intemperato loquẽs dixit, quòd eſt impœnitiuus, quia intemperatus rarò ad temperantiæ uirtutem reducitur; cum tales rariſſimè corrigantur, dicente ſacro eloquio, *Peruerſi difficilè corriguntur;* ideò tale peccati genus irremiſſibile dicitur; quia rarò dimittitur. Et ideo Dominus de ſic prauè affectis animis loquens per Ieremiam Prophetam dixit, *Si poteſt æthiops mutare pellem ſuam, & pardus uarietates ſuas, & uos poteſtis benefacere.* Loquens etiam ſcriptura de Cananęis, ut etiam infra dicitur, ait, *Non poterat mutari eorum malitia;* & D. Ioannes de quibuſdam iudæis uerba faciens, ait, *Non poterant credere;* quia propter animi prauitatem, ac obſtinationem, admodũ eis fides difficilis erat. D. quoque Gregorius loquens de Caim, dixit, [Diuina uoce admoneri potuit, & emendari non potuit.] Et D. Bernardus de illis, qui a principio carnis deſideriis non reſiſtunt, loquens dicit, quòd tandem praua conſuetudine adeò

Ca.69.
2.2.q.14 ar.2.c.
Ethic.7.
Eccleſiaſtes.1.
13.
Ca.94.
Sap.12.
12.
Moral. 11.c.5.
De inter. domo.
Ser.58.

adeò debiles & impotentens reddũtur, [Vt etiam uol. ntes eis reſiſtere non poſſint.] Quibus uerbis, non omnimoda impoſſibilitas, quin potius magna reſipiſcendi difficultas oſtenditur. Prouenit autem talis difficultas, tum ex parte eorũ; quia rarò, uel nunquàm totum, quod in ſe eſt, faciunt: tum etiam ex parte Dei, qui ob grauiſſima peccata, auxilium efficax, quo conuerti poſſent, eis denegat. Quòd autem non impoſſibilitas reſipiſcendi; ſed magna potius difficultas oſtendatur, patet: Quoniam inter omnes ſpecies peccati in Spiritum ſanctũ, nulla periculoſior ac grauior animi obſtinatione apparet; cum quis ſcilicet a peccatis abſtinere, nullo pacto intendit. Et tamen, licet aliquem (etiam medio iuramento) audiremus dicentem, ſe uſque ad mortem aliquod peccatum proſequi, puta inimicum perſequi, uel nullatenus illi ignoſcere uelle, ſiue quodlibet aliud mortale peccatũ nolle dimittere; quàmuis tali ſic prauè affecto, meritò dici poſſe uideretur,

Act. 8. quod Simoni mago dixit B. Petrus, *In felle amaritudinis video te eſſe*; abſolutè tamen, eum pœnitere non poſſe, uel ueniam conſequi non ualere, abſurdum eſſet aſſerere: tum quia ut ſuperius di-

*Ca.*48. ctum fuit, per hoc libertas arbitrij tolleretur: tum etiam, quia per hoc derogaretur uirtuti gratiæ Dei, per quam cor hominis ſemper emolliri poteſt dicente ſcriptura, *Cor regis in manu Domini,*

Prou. 21. *Quocumque uolucrit, uertet illud.*

¶ *Curtale*

¶ Curtale peccati genus, difficilius quàm cætera peccata remitti dicantur. Cap. LXXX.

AT dicit quis. Cum ob quodlibet peccatum mortale, homo gratia Dei priuetur, ac denudetur, dicente Scriptura quòd, *Homo per malitiam, occidt animam ſuam;* & abſque ſpeciali Dei auxilio nullus a peccati iugo excutere ſe poſſit; ut ſuperius dictum fuit, quod nam diſcrimen erit inter hoc, cęteraque peccata? Si ita damnationem incurriſſent illi, qui dicebant, *Ecce homo vorax, & vini potator;* perinde ac illi, qui dicebant, *Spiritum immundum habet;* qua de cauſa hoc peccatum, deterioris conditionis cæteris peccatis eſſe dicitur; & quamobrem dicitur irremiſſibile, ſiue quòd difficilius quàm cætera peccata remittitur? Ad hoc dicitur, quòd licet ob quodlibet peccatum, anima Dei gratia ſpolietur; ac impotẽs ad gratiæ receptionem ſuis uiribus reddatur; cum tamẽ peccatum ſit altero grauius; quò maiori quis peccati pondere præmitur, eò difficilius illius onus excutere ualet, Deus quoque ad auxilium conferendum, difficilior redditur. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. [Quòd quàmuis quodlibet peccatum mortale auertat a Deo & gratiã tollat, tamen quoddã plus elongat quàm aliud; in quantum habet maiorem diſſonantiam ex ſua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis, quàm aliud.] Et ad hoc propoſitum, adduci poteſt exemplum D. Athanaſij

Dubiũ. *Sap. 16.* *Cap. 27.* *Mat. 11.* *Mar. 3.* *Solutio.* *4. d. 17. 3. q. 3. ad 3.* *Exo. 16.*

naſij dicentis de Iudæis; quòd dum contenderēt, propter aquæ & panis defectum, patienter Dominus ſuſtinuit; quoniam excuſationem habere uidebantur, ex infirmitate carnis, Cum uerò ui-
Exod. 32 tulum adorantes dicerēt, *Hi ſunt Dij tui, qui eduxerunt te de terra Aegypti*, quoniam quaſi blaſphemantes; beneficia Dei idolo attribuebant: grauius a Deo puniti ſunt. Quando igitur quis, uel ignorãtia, uel graui aliqua paſſione deuictus; aliquod incurrit peccatum, tunc facilius ſibi a Deo dimittitur. Quando uerò ex malitia committitur; difficilius tunc ſibi ignoſcitur.

¶ *Peccatum, quod ex malitia committitur difficilius remittitur.* *Cap.* XXXI.

ET quò hæc, clarius percipiantur, Petri, Pauli & Iudæ Apoſtolorum exēplum, in medium afferamus. Qui omnes & ſi grauiter peccauerint, attamen inter eos, hoc fuit diſcrimen, quòd D. Paulus ex igno-
1. *Tim.* 1. rantia peccauit, dicente eomet, *Ignorans feci*: & ideo ueniam conſequtus fuit. D. uero Petrus, humano uictus timore, Chriſtum negauit, qua propter eadē nocte, delicti ueniã obtinuit. Iudas autem, non ignorantia; cũ in nomine Chriſti dæmonia eieciſſet, ac infirmis incolumitatē præſtitiſſet; nec etiam terrore aliquo concuſſus, cum ultrò Iudeorum ſenatũ adiiſſet; ſed magis prauitate, animique malignitate, quæ ex auaritia, ſimulque odio, quod in Chriſtum cōceperat, quòd paupertatem

præ-

prædicaret;eiuſque ſe amatorẽ oſtenderet;ac uitia acrius redargueret,originem fomentumque ſumpſerat. Quapropter, non potuit eius mens ab impietate reuocari, uel ex collatis beneficiis, quòd Patrem a lepra, & Matrem a paralipſis morbo, vt B.Aug.ait liberaſſet; uel quòd eum Apoſtolum ac commenſalem ſuum effecerit: non humilitate in abluendis pedibus; & amore in ſui corporis communione porrecta,oſtenſis;non terrore,cum ipſum audiuit dicentem, *Ve homini illi, per quem filius hominis tradetur;* nec denique compaſſione, cum ipſum turbatum conſpiceret, dicentemque audiret, *Vnus ueſtrum me traditurus eſt.* Vnde mirum non eſt, ſi ſceleris ſui veniam,non fuerit aſſequtus,ut inferius dicetur. Duplici ergo de cauſa, dicitur quòd peccatum cõtra Spiritum ſanctum raró, & difficilius quàm cætera peccata remittitur. Primum quidem, ex peccati conditione, ſiue qualitate, quoniam quantum eſt ex ſui natura; directè gratiæ Dei opponitur & aduerſatur. Deinde uerò, quoniam tale peccatum,non ex ignorantia, ut D.Paulus; nec graui aliqua paſſione illata prædominante, ut D. Petrum feciſſe diximus; ſed ſemper ex malitia committitur, vt Iudæ exemplo monſtrauimus. Qua propter mirum non eſt, ſi illiuſmodi peccatores rariſſimè peccati pæniteat,eiuſque ueniam, admodum raró,etiam ueniam conſequantur.

Ser. 28. ad frar. in Ere.

Luc. 20.

Ioan.19.

Tract.3. c.28.29.

¶ *Cur tale peccatum ex malitia committi dicatur. Cap. LXXXII.*

Dubiũ. *De vera. Relig.* DIcet uerò quis. Vt ait B. Aug. [Peccatum adeò uolũtarium eſt, ut abſque uolũtatis aſſenſu, peccatum eſſe non poſſit,] & ut quidam Poetarum dixit,

Iuuen. *Peccandi ſola voluntas, facti crimen habet.*

Hoc autem ita eſſe dicimus, quoniam peccati deformitas, principaliter non conſiſtit in actu, qui per corporis inſtrumenta exercetur, ſiue adminiſtratur; ſed potius in actu uoluntatis; quæ aliquid operari intendit; quod eſt contra ius naturæ, uel contra ius diuinum. Et ideo B. uirgo Lucia, Tiranno minanti, quòd ipſam ad lupanar conduci iuberet, reſpondit, Si me inuitam uiolari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronã. Sciebat enim, quòd uiolentia, quæ uni membro infertur, non aufert animæ ſanctitatem. De facto ſimilirer Lucretiæ Romanæ B. Aug. uerba faciens, dixit quòd etſi a filio regis Tarquinij cõpręſſa fuiſſet; non tamẽ adultera uocari poterat. Quoniam, vt quidam gentilis, cuius nomen hactenus ignotum eſt dixit, [Duo fuerunt, & vnus eorum adulterium commiſit,] licet enim duo ad actus exercitium extiterint, ſolus tamen uir adulter dici potuit; quoniam mulier, impudicitiæ aſſenſum non præbuit; & quemadmodum ait Philoſophus, [Qui patitur iniuſtitiam non peccat.] Pluribus etiam

De ciu. Dei. li. 1. c. 19. *Ethic. 5.*

etiam fæminis Chriſtianis, ut B. Aug. ait, id quoque eueniſſe creditur: quæ etſi amilitibus in urbium euerſione compreſſæ fuerint, non tamen obid uerè poſſunt adulteræ nuncupari;cum in arbitrio uictoris militis eſſet; ſic eas dehoneſtare, vel alia quauis iniuria afficere. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Propoſito animi permanente, per quod corpus ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem,uiolẽtia libidinis alienæ,quam ſeruat perſeuerantia continentiæ ſuæ.] Ergo cum quis aliquod committit peccatũ: non diabolum, uel alios quoſuis, ſed ſolum ſeipſum, & ſuum culpet affectum. Diabolus enim ut B.Auguſt. ait, [Alligatus eſt, tamquàm innexus canis cathenis, & neminem poteſt mordere niſi eum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Latrare poteſt, ſolicitare poteſt, mordere omnino non poteſt, niſi uolentem.] B. quoque Hieronimus, ea tractans uerba, quæ Chriſto diabolus dixit, dum in templi pinnaculo exiſteret, ſcilicet, Mitte te deorſum, ait. [Vox diaboli qui ſemper hominẽ cadere deſiderat; perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.] Et ut tandem colligit B.Aug. [Non cogendo, ſed ſuadendo diabolus nocet, nec extorquet a nobis aſſenſum, ſed petit.] Quapropter meritò Propheta dicit, *Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit a nobis iniquitates noſtras;* quoniam niſi uelimus, peccatum nobis non dominabitur. Et hac fortè de cauſa dicit ſcriptura, *Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuam;* ut oſtendat quò principalis peccati cauſa non eſt

Vbi ſup.

Vbi ſup. ca. 16.

De lib. arb.

*Matt.*18.

Pſ. 102.

Ecc. 21.

diabolus, ſed magis noſtra uoluntas, noſterque affectus.

¶ *Quicumque mortaliter peccat, etiam ex malitia peccat. Cap. LXXXIII.*

Sap. 2. AD huc. Dicente ſcriptura, quòd, *Homo per malitiam occidit animam ſuam*, quilibet mortaliter peccans, etiam ex malitia, ſiue ex electione peccat. Vt enim ait D. Aug. Super epiſtolã inchoatam ad Rom. [Quis neſciat malum eſſe corrumpere pudicitiam uxoris alienæ? uel eo ipſo certè, quòd hoc in ſua coniuge nollet perpeti, Aut fraudare quẽpiam in negocio, aut circumuenire mendacio; aut opprimere teſtimonij falſitate, aut auferendæ rei cauſa inſidiari, & occidere quempiam?] Cum enim dicat Chriſtus, hanc eſſe naturæ legem, *Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris*;
Matt. 7.
nulluſque ſit, qui talia perpeti uellet; clarè quoq; admodum eſt, quòd quilibet talia cognoſcit eſſe peccata. Cum ergo quodlibet peccatum mortale ex malitia committatur, & peccatum, quod ex malitia, ſiue electione committitur, peccatum in Spiritum ſanctum, & ob id irremiſſibile dicatur, quæ ergo erit differentia inter hoc, & reliqua peccata; ſi quodlibet peccatum mortale, uoluntarium eſt, & ex electione, ſiue ex malitia committitur? Vel ergo omne peccatum erit ex malitia; & obid peccatum in Spiritum ſanctum;

vel

uel nulla erit differētia inter hoc, & cętera peccata. Et hoc eſt quòd ait B. Aug. [Reſtat ergo, ut ſi hoc eſt peccare in Spiritum ſanctum, peccare cū ſcientia, illis peccatis, quæ commemoraui; negetur pœnitentię locus; quoniam peccato in Spiritum ſanctum, omnem ſpem ueniæ Dominus amputauit,] quod tamen eccleſiæ moris non eſt, cum nullis peccatoribus ueniam abneget, dicente eodem Aug. quòd, [Regula Chriſtiana omnes illos, qui ſic pecant, ad correctionem uocare non ceſſat.] *Vbi ſup.*

¶ Ad hoc reſpondetur, uerū eſſe, quòd omnis mortaliter peccans, in his præſertim, quæ legi Dei & naturæ aduerſantur, tum uolūtariè, tum etiam ex malitia peccat. Verū inter hoc, & reliqua peccata, hoc eſt diſcrimen; quòd illi; qui talia peccatorum genera committunt, ut bene adnotat Caiet. non ex ignorantia, uel graui aliqua paſſione dominante (aliquali excuſatione digna) nec etiam ex corrupto, ſiue deprauato habitu peccant; cum quod efficere contendunt, verè peccatum eſſe ſciant, eius grauitatem perpendant; eique quàm facile, ſi vellent, reſiſtere poſſent; ſed ex ipſa uoluntaria electione mali, id eſt ex amini uitio, & ex ſola peccati complacentia, & ueluti ſi peccatum, actus uirtutis exiſteret; & nulla de eo ratio eſſet Deo reddenda: ex contemptu abiiciūt ea; per quæ a peccato retrahi poſſent, puta, cum quis per contemptum abiicit, & remouet, quod peccati cōmiſſionem impedire poteſt, ſicut ſpem per deſperationem, & timorem per præſumptionem. **Solutio.** 1. 2. *q.* 78. 2. 2. *q.* 14. *ar.* 1.

nem. Et tales illi ſunt, de quibus ait ſcriptura,
Iob. 34. *Quaſi ex induſtria receſſerunt à Deo, & uias eius intelligere noluerunt;* per quod certa malitia oſtéditur. Qui uerò in ea incidunt peccata, de quibus modo D. Aug. citantes, mentionem fecimus; & ſi cognoſcant, (etiam dum actui peccati inſiſtunt) quòd ea, quæ agere moliuntur, uel peragunt, Dei & naturæ iuri obſiſtunt: ex defectu ta-
1.2.q.78 ar.1.c. men appetitus ſenſitiui (ut ait D. Tho.) ſiue animi paſſione, uel prauo habitu victi, dum pro uiribus, ut deberent, & poſſent, actui peccati non reſiſtunt, quàmuis facile admodum in peccata labantur, non praua mentis affectio, ſeu deprauata uoluntas, commiſſionis peccati cauſa eſt præcipua: ſed magis alia uincens, & prædomi-
Vbi ſup. ar.4. ad. 3. nans paſſio. Et hoc eſt, quod ait Diuus Tho. [Ille, qui peccat ex paſſione, peccat quidem eligens, non tamen ex electione; quia electio in eo, non eſt primum peccati principium; ſed inducitur ex paſſione ad eligendum id, quod extra paſſionem exiſtens, non eligeret ſed ille, qui peccat ex certa malitia, ſecũdum ſe eligit malum,] quoniam electio mali, paſſionem præcellit. Ob id ergo (ut rem concludamus) tales præcipuè & ſingillatim ex malitia peccare dicuntur: tum quoniam ad peccata committenda, non animi paſſione, & extrinſeco impulſu, ſed potius ex electione mali, & mala uoluntate, ſeu ex peccati complacentia mouentur: tum etiam, quoniam omnia reiiciunt media, per quæ a peccatis retrahi poſſent, ne ſe ab illis cohibeant. Si autem dicatur,

tur, quod nullus intendens ad malum operatur, & obid, quòd nemo ex electione mali, ſiue ex malitia peccat:iuxta D. Tho. doctrinam dicitur, verum eſſe, quòd [Nullus operans intendit malum, quaſi principaliter uolitum, & intentum, ſed tamen ex conſequenti fit alicui malum uoluntarium, dum non refugit malũ,ut bono concupito perfruatur.] *Malo. q. 3.ar.12. ad.1.*

¶ *Per ſolam reuelationem ſciri poteſt, aliquem tale peccatum verè incurriſſe.* *Cap. LXXXIIII.*

ET quoniam teſte Scriptura, ſolus Deus intuetur cor hominis, dicente Deo, *Ego Dominus ſcrutans renes & corda*, & an quis moueatur ad quoduis peccatum committendum, uel graui aliqua paſſione, uel malitia, id nos latet, Dicimus, quòd & ſi exterioribus aliquibus actibus perſpectis, dicere poſſimus, aliquem tale peccatum incurriſſe: non tamen id, niſi per reuelationem, certò ſciri poteſt, ut ex ſuperius exemplis adductis, haberi poteſt. Et hoc eſt, quod ait Mag. ſentent. [Non poteſt ſciri de aliquo, utrum peccauerit in Spiritum ſanctum: niſi cum ab hac uita diſceſſerit, niſi fortè alicui per Spiritum ſanctum, fuerit mirabiliter reuelatum.] Hæc autem Magiſtri ſententia, ſic ſuaderi poteſt: quoniam peccatum contra Spiritum ſanctum, quodcumque illud ſit, non in aliquo actu, cuiuſuis nobis noti peccati, conſiſtere *Iere.17.* *Cap.79.* *2.d.43.*

Ca. 48. ſtere putādum eſt, cum ſuperius dictum ſit, Nullum eſſe peccatum, cuius pœnitere non poſſit: ſed magis in praua aliqua mentis deliberatione ad peccatum committendum, uel nullatenus deſerendum, conſiſtere uidetur. Quæ quidem animi prauitas, reſpectu peccati committendi, uel nullatenus deſerendi, quanta futura ſit, ut uerè illius ueniam, non ſit quis aſſequuturus, ſolum Deum, qui ſolus probat hominum corda, ſcire arbitror.

¶ *Exponitur B. Ioannis dictum, Eſt peccatum ad mortem. Cap. LXXXV.*

Ca. 43. AD authoritatem D. Ioannis ſuperius citatam, *Eſt peccatum ad mortem, pro eo non dico, ut oret quis;* dicitur, quòd iuxta mentem D. Augu. intelligitur de finali impœnitétia: cum uidelicet quis in mortali peccato, manifeſtè & apertè uitæ finem imponit; ueluti Iudas, qui ſeipſum occidit, & inſtar illorum, qui in extremis agentes, omnino pœnitere recuſant, & de ſimilibus uerba faciēs ait, *Non dico ut oret quis.* Quòd autem talis fuerit D. Ioannis mens, hinc patere poteſt, quoniam cū ut ſuperius dictum fuit, de nullo ſit deſperandū, quouſque uita fungitur, etiam pro quolibet dum in humanis agit; Deum ut ipſum pietatis oculis reſpiciat, rogare poterimus; præſertim cum tanta ſit Dei pietas erga nos, ut plerumque nobis conferat, etiam, pro quibus nec ipſum rogare audemus

De ſerm. Dom. li. 1. c. 23. ad 23.

Ca. 59.

mus;iuxta illud, quod ipſum precatur Eccleſia dicens, [Et adijcias,quod oratio non præſumit.] Si autem D.Ioannis dictum intelligatur de peccatoribus, dum ſunt in hac uita conſtituti ; dicimus, quòd loquitur de illis, de quibus poſtea dixit, *Nec aue ei dixeritis*, cuiuſmodi ſunt hæretici, & illi,qui Eccleſiæ authoritatem pro nihilo ducunt. *Epiſt.*]2.
Nec pro talibus D.Ioannes imperat,ut nullus pro eis Deum precetur, ſed hoc tantummodo agit; quòd non cogit,ſuadet,uel hortatur, aliquem ad rogandum pro eis dicens, *Non dico oret quis*. Quàmuis plerumq; amici Dei pro ſimilibus orãtes, exauditi a Deo fuerint; ueluti B.Stephanus, qui dum pro Paulo perſequtore oraſſet;quod petiit,obtinuit ; dicentibus ſanctis Patribus Ambroſio, & Auguſtino, quòd B. Stephani orationibus Paulus Eccleſiæ donatus fuit B. quoque Ambroſius de B.Aug. uerba faciens, dixit quòd meritis, & orationibus B.Monicę matris eius,a Manicheorum errore ad catholicam fidem conuerſus fuit. Et de alio ſceleſtiſſimo peccatore dicitur, quòd meritis S.P. Franciſci, peccatorum ueniam obtinuit. Nullum ergo eſt peccatum,de quo nõ poſſit a Deo uenia obtineri; dummodo uerè & ex corde nos ipſum offendiſſe pœniteat.

Contra Tertuliani opinionem oſtenditur, quòd non ſemel tantum, Deus peccata dimittit. Cap. LXXXVI.

QVò uero ad Tertalliani opinionem ſuperius citatã, attinet,primum dicitur, ut etiam ui *Ca.44.*
ris

ris egregiæ authoritatis placet, non eſſe ueriſimile uirum tam inſignem, intalem declinaſſe ſententiam, ut qui legiſſet Chriſtum dicentem B. Pe-
Matt.18 tro, *Non dico tibi uſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* Deinde dici poteſt; quod de publica & ſolenni pœnitentia, ad quam tunc temporis ſemel tantum fortè locus dabatur, intellexerit. Si autem uerè ita ſenſerit, ut plures affirmant; authoritatibus D. Pauli ex epiſtola ad Hebræos, quibus fortè
cap. 65. inniti uidebatur; iam ſuperius reſponſum fuit, quòd loquitur de baptiſmo, qui cum iterabilis non ſit; ſemel tantum nobis per ipſum confertur remiſſio peccatorum. Et quàmuis tum in ueteri, tum in nouo teſtamento, non legiſſet idem peccati genus, alicui pluſquàm ſemel fuiſſe dimiſſum; dicimus, quòd Spiritus ſanctus ſacræ ſcripturæ Author, non permiſit Moiſen, uel alios ſacræ paginæ ſcriptores, mandare ſcriptis, idem peccati genus, pluſquàm ſemel alicui fuiſſe dimiſſum; ne facilior in peccata labendi nobis prębere-tur, occaſio. Et hæc eſt doctrina B. Aug. dicentis.
De pœni. d. 3. [Ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanatum; ut quiſque timeat peccato iungi.] Poterat tamen ex euangelij uerbis audire Chriſtum dicentem
Luc. 17. D. Petro *Si ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in*
Matth. 6 *die conuerſus fuerit ad te dicens. pęnitet me, dimitte illi:* Et quoniam, ut ipſemet Chriſtus dixit. *Si dimiſeri*
Matth. 6 *tis hominibus peccata eorum, & Pater ueſter cęleſtis dimittet uobis peccata ueſtra;* & in oratione Do. docuit nos petere *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris;* ſi ut proximis

illatas

illatas nobis ab eis offenſas dimittere uoluit, certè ſignum eſt, quòd erga nos talem ſeparatũ oſtendit, cum lõgè maior ſit erga nos Dei pietas, quàm cuiuſuis hominis ergo proximum. Et quàmuis non legiſſet Chriſtum pluſquàm ſemel eundem ſuſcitaſſe mortuum, leproſum ſanaſſe, uel cæcum illuminaſſe; qua propter alicui fortè uideri poſſet, quòd tantum ſemel alicui peccatum remitti deberet; reſpondetur quod cum dicat Scriptura, *Dei perfecta ſunt opera*; & Chriſtus, *Totum hominem ſanum feci*; illis, quibus corporis impertiebat ſanitem; adeo copioſum gratiæ munus impendebat; ut peccati ſeruituti, ſe amplius non ſubijcerent. Deut. 32 Ioan. 7.

¶ Ad huc. 2. Chriſtus ſe in euangelio medicum uocat; cuius ope, nõ ſani, ſe infirmi egent, dicente eodem, *Non eſt opus ualentibus medicus; ſed malè habentibus;* At uerò periti medici eſt nõ ſemel tantum, ſed & pluries; tum aduerſis morbis, tum etiam ab eodem morbi genere aliquem ſanare. Sic & medicus Chriſtus, non ſemel tantum animam, tum aduerſis, tum ab eodem peccati genere per ſacramentum pœnitentiæ ſanam efficit; ſed etiam pluries. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Quotidie uidemus in eccleſia ſæpe febricitantes, ſæpe paſſionibus captos, ſępe liberari; ut appareat toties opus miſerentis; quoties fit confeſſio pœnitentis.] Quas propter meritò a patribus Concilij, hæc nobis tradita eſt doctrina; quod per pœnitentiæ ſacramentum homines Deo reconciliari poſſunt, [Quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur Matt. 11 De pęni. d. 3. Seſſ. 14. can. 1.

buntur] & cap.6. eiuſdem Seſſionis dicitur, [Vt per ſacerdotum ſententiam non ſemel; ſed quoties ab admiſſis peccatis,ad ipſum pœnitentes cõ
Sup. Pſ. Miſerere ſugiunt.] Et hoc eſt, quod ait D. Chriſoſtomus. [Peccaſti,pœnitere. Millies peccaſti, millies pœnitere.

Declaratur authoritas Amos, Et ſuper quatuor non conuertam. Cap. LXXXVII.

Ca.45. AVthoritati verò Scripturę prophetæ Amos ſuperius citatę,ex qua quidam Iudæorum doctores occaſionem ſumpſerunt,putandi, quòd bis tantum uel ter,ſed non amplius Deus peccata remitteret,dicitur quòd non de culpa, quam Deus verè pœnitenti ſemper paratus eſt ignoſcere; ſed de pœna, ſiue flagellis(quæ Deus ob culpas minatur hominibus infligenda) intelligitur. Etenim ut oſtendat, quòd uerè de eo Propheta dixerit,
Pſ.84. *Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi*; & Iob,
9. *Sciens quò non parceres delinquenti*; cum bis uel ter manum uindicem colhibuerit, ut ſe iuſtum aquè ac pium oſtendat; pœnis nos tandem afficit.

Pęnis ſe ſponte affligere bonum eſt. Cap.LXXXVIII.

2.Mac.6 ET quoniam teſte ſcriptura, *Non ſinere diu peccatores ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere*

re, magni inditium eſt beneficij; ſi in plura & grauiora prolapſi peccata uindicē Dei manūcontra nos nō ſentimus, correctionem ipſimet nobis imponere debemus, & debitas nobis infligere pœnas; ne acrius uel hic, uel in futura uita a Dei iuſtitia puniamur. Et hoc eſt, quod B. Paulus nos monitos facere curauit dicens, *Si nos metipſos iudicaremus, nō* *1. Cor. 11*
utique iudicaremur.

¶ *Grauitas pœnæ, quæ culpis debetur. Cap. LXXXVIIII.*

QVàm uerò grauis pœna; culpis debeatur, exemplo filiorum Iſrael oſtendi poteſt, qui unius diei culpa, unius anni afflicti ſunt pœna. Et hoc eſt, quod ait B. Aug. [Si enim unius diei culpa, unius anni *Fer. 3.*
ſpatium recompenſandum eſt, pœna; nos, qui tan *poſt. 4.*
ta quotidiè peccata committimus; ſi eleemoſina- *Do. qua-*
rum, uel pœnitentiæ non ſubuenerint medica- *drag.*
menta; timeo ne nobis inferantur temporalia, ſed æterna ſuplicia.] Dominus quoque, ut Iſraelitas a peccatis compeſceret; oſtendere uolens quàm grauiter, ſi deliquiſſent, eos puniturus eſſet dixit, *Si ambulaueritis mihi ex aduerſo, nec uo-* *Leu. 26.*
lueriis audire me, addam plagas ueſtras uſque in ſeptuplum, propter peccata ueſtra, & paulo poſt ſubdit. *Et percutiam uos ſeptuplum propter peccata ueſtra*; ac ſi diceret, grauiſſimè deuobis ulciſcar.

Pec-

¶ Peccatorum multitudo, uim pęnitendi non aufert. Cap. LXXXX.

EAdem ſancti Concilij doctrina, eorum confutatur opinio; qui peccatorum
Cap. 46. multitudinẽ (ut ſuperius diximus) uim pœnitendi auferre arbitrati ſunt, & ſi finis uitæ ad
cap. 59. huc impoſitus nõ fuerit. Et quoniam ſuperius etiã oſtenſum eſt; hominem ſemper poſſe pœnitere, quouſq; uita fungitur; pluribus in hac refellenda opinione, agendum non puto; præcipuè cum
Ezech. 18. ex ore Dei hæc prodierint uerba. *Omnium iniquitatum, quas operatus eſt impius, non recordabor*. Et cum per eundem Prophetam Dominus uerba feciſſet de peccatore adultero, raptore, auaro, homicida, pauperum oppreſſore, aliiſque ſceleribus obuoluto, ſubdidit dicens, *Si*
De ſpir. & ani, *pęnitentiam egerit, uita uiuet*. Quod certè ab re Deus dixiſſet; ſi peccatorum multitudo, uiam præcluderet pœnitentiæ. Qua propter meritò
3 p. q. 84 ar. 10. c. D. Aug. de miſericordia Dei loquens ait. [Maior eſt Dei miſericordia, quàm noſtra miſeria.] & D.
Iohel. 2. Tho. quòd [Superat omnem numerum, & peccatorum multitudinem, dicente Scriptura de Deo, Præſtabilis ſuper malitia.]

¶ Peccatorum multitudo cauenda. Cap. LXXXXI.

QVoniam uerò, tam præſumptio, quàm diffidentia de Dei pietate, periculoſæ admodũ

res

res ſunt, ne Dei pietatem ex tollentes, alicui Dei benignitate abutendi, præſtatur occaſio: non incongruum fortè erit, ut etiam uiris doctiſſimis probatur: aſſerere reperiri certum quendam peccatorum numerum adeò magnum, & aliqua peccata adeò grauia, ut cum ea quis admiſerit, Deus ueluti ſuo arbitrio eos relinquat; nec de eis paternam illam curam, ac ſolicitudinem ſumat, quàm de cęteris peccatoribus habet. Et tales ſunt, qui in ſacris eloquiis uocantur cæci, indurati, ac obſtinati; quique, ut ſuperius diximus, ferè numquàm, uel raro & quaſi miraculosè ſolummodo conuertuntur. Et de talibus conquærens Deus per Prophetã ait. *Non audiuit populus meus uocem meã.* idest me, per Scripturam, bonas inſpirationes, ac Prophetarum uoces dicentem, *Quieſcite agere per urrsè, diſcite benefacere*; Quæ autem talis reſiſtentiæ futura eſſet pœna, ſubdit dicens, *Dimiſi eos, ſecundum deſideria cordis eorum*; ideſt, reliqui eos in manu conſilii ſui; nec de eis, eam curam ac paternam aſſumpſi ſolicitudinem, quàm cęteris peccatoribus prętare, mihi ſolitum eſt. Et quoniã homo Dei gratia deſtitutus, facile admodũ in quodlibet peccati genus ruit; ſubdit dicens, *Ibunt in adinuentionibus ſuis*, ideſt in peccatorum fęcibus uolutabuntur, & a peccato ad peccatum pertranſibunt, iuxta quòd de talibus ait ſcriptura, *De malo ad malum egreſſi ſunt.*

cap. 48.
Pſal. 80
Iſa. 1.
Iere. 9.

¶ *Deus in præcedentium peccatorum pœnam, aliquos in peccata ruere permitttit.* *Ca.* LXXXXIII.

QVòd autem plerumque Deus in præcedentium peccatorum pœnam, plures in peccata ruere ſinat; id Sacræ Scripturæ teſtimonijs patere poteſt. Loquens enim de Sedechia rege Iuda,& ſceleribus eius,ait
Iere.52. quòd, *Fecit malum in oculis Domini; quoniam furor Domini erat in Ieruſalem, & Iuda, uſquequo proijceret eos a facie ſua.* Tamquàm ſi diceret; quòd Deus permiſit Sedechiam, non audire uocem Ieremiæ Prophetæ, ſibi bonum conſulentis, dicente ſibi
38. Ieremia, *Si tibi conſilium dedero, non me audies,* quoniam Dominus ob eorum peccata, contra eos iratus; captiuos in Babilonem eos duci uolebat. De filijs quoque Heli ſacerdotis Scriptura uerba faciens ait, *Et non audierunt uocem Domini, quia uo-*
1. Ro.2. *luit Dominus occidere eos.* Spiritus quoque ſanctus,
16. ut habetur in actis Apoſtolorum, prohibuit Apoſtolis prædicare Euangelium in Aſia, ob eorum peccata. Hoc idem D.Pauli teſtimonio probatur. Loquens enim de turpibus ſceleribuſq. gentiliũ moribus dixit, quòd quia factis negauerunt Deũ, in cuius tamen notitiam naturali lumine deuenerunt, dicente eodem Apoſtolo quòd, *Inuiſibilia*
Rom. 1. *Dei per ea, quæ facta a creatura mundi conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ideo tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Ideſt, permiſit ut

ut per cupiditates cordium ſuorum, in omnē iniquitatē & immunditiam ruerent; Sicq; fit, ut peccatū ſit alterius peccati cauſa; quinimmo, vt idē ſit ſimul, & peccatum, & peccati pœna; cum cōtemptus gratiæ & Dei neglectus, graue admodū peccatum ſit. Et ad Teſſ. ſcribens, de Iudæis, qui fideles acriter inſequebantur uerba faciens dixit, *Occiderunt Dominum Ieſum, & prophetas, & nos perſequntur, & Deo non placent, prohibentes nos gentibus loqui, ut ſalui fiant*. Ecce Iudæorum culpa. Et quoniam aliquis dicere potuiſſet; Cur Deus improbos illos ac ſceleſtos non punit; & quā ob rē eos è medio non tollit; reſpondet D. Paulus dicens quòd Deus in peccatorum ſuorum pœnam, uult eos inhumanis agere; & permittit, ut talia admittant facinora; quouſque ad peccatorum menſuram, de qua dixit Chriſtus Iudæis, *Implete & uos menſuram patrum ueſtrorum*, perueniant dicēs, *Vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit enim ira Dei ſuper illos, uſque in finem.* 2.c.2. Mat.23.

¶ Diuina prouidentia cuilibet, tam boni quàm mali menſuram præfixit. Cap. LXXXXIII.

ET quoniam ſola Dei bonitas menſuræ limites excedit, dicente Chriſto, *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, cum Deus ſit ſummū bonū; ſummum autē malum non reperiatur; Diuina prouidentia, unicuique tam boni, quàm mali peragendi, menſuram præfixit. Quòd bonis operibus ſit menſura præfixa ac ſtatuta; oſtendit D. Paulus, dicens. *Vnicuique datur* Luc. 12. Epheſ. 4

gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti. Quòd uerò etiam malis ſit ſtatuta menſura; patet
Iob. 5. authoritate Scripturæ dicentis, *Dominus diſſipat cogitationes prauorum, ne poſſint implere manus eorum, quod cæperant.* Ex quo apparet; quòd licet multi ad omne flagitium patrandum parati, pronique ſint; non tamen, ea quæ uellent mala, effectui mandare ualent; ſed ea tantum; quæ Deus
1. Theſ. 2 permiſerit. Et ideo (ut ait D. Tho.) [Diuina prouidentia, tam bonos quam malos, tamdiu uiuere permittit; quouſque ad bonorum, uel malorum menſuram peruenerint.] Idque Cananęorum exemplo patere poteſt; de quibus Habrahæ dictum fuit, a Deo, quòd eos, ſuis urbibus ac
Gen. 15. iuribus priuare nolebat, *Donec complerentur iniquitates Amorrheorum.* Huc etiam referri poſſe ui
Ap. 22. dentur, uerba Angeli dicentis, *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Vt enim, & doctè quidem adnotat Caieta-
Ien. 8. q. 5. nus. [Diuina prędeſtinatio definiuit, uſquequo merita prædeſtinatorum progredientur, & ſimiliter diuina diſpoſitio ordinauit, uſquequo ſuſtinebit in multa patientia, ſeu tolerabit, demerita præſcitorum.] Cum ergo mali ad certam malitiæ menſuram peruenerint, quæ quidem quanta futura ſit, in ſola Dei præſcientia repoſitum eſt; Deus, uel eos ex humanis eximit; ueluti Ario, & Iuliano apoſtatæ accidit, uel eos ſuo relinquit arbitrio, ac diſpoſitioni.

¶ *Deus gratiam ſuam, qua ſaluari quis poſſit, memini pœnitus ſubtrahit.* Cap. XCIIII.

AT quoniam ſcriptura teſte, *Deus præſtabilis eſt ſuper malitia*, & longè hominum prauitatem, eius bonitas excedit, uultque ut tandem quilibet apertè cognoſcat, quòd ipſemet ſibi damnationis cauſa extitit; neminem quàmtumuis ſceleſtũ, (ut etiam ſuperius diximus) omni prorſus deſtituit auxilio. Hoc autem uerè ita eſſe, probatur authoritate Scripturæ dicentis de Cananæis, olim terræ Sanctę incolis; quòd etſi eſſent prauis ac corruptiſſimis moribus affecti, dicente Scriptura, *Nequàm eſt natio eorum, & naturalis malitia*, Ob cordis duritiam Deo odibiles, dicẽte eadem, *Non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum, quoniam ſemen erat maledictum ab initio;* Deus tamen interius conſcientiæ ſtimulis, & exterius crabronibus; eos ad pœnitentiam prouocabat; dicente Scriptura, *Dabat eis locum pœnitentiæ*. Loquens ſimiliter de Pharaone ac Ægiptiis ait, *Dans locum pœnitentiæ, per quæ poſſent mutari a malitia*, uel ſaltem plagis & flagellis eos affligendo; ut mentis malitia ac obſtinatione depoſita; Dei potentiam ac bonitatem agnoſcerent; cum tribulationes & flagella, q̃bus a Deo corripimur, ſint inſtar aquarum diluuii; quibus Archa ſubleuata fuit. Etenim quẽadmodũ archa Noe, aquis diluuii fuit eleuata: ita & mens noſtra, ad ſui ipſius, & Dei cognitionem, tribulationibns, & flagellis eleuatur. Te-

Iobel. 2. *Ca. 9.* *Sap. 12.* *Vbi ſup.*

Iſa. 28. ſte enim ſcriptura, *Vexatio dat intellectũ, & ſapientiã;* & ut ait B. Greg. [Mala, quę nos hic premunt, ad Deũ nos ire cõpellũt.] Quapropter, & obſtinatiſſimus ille Pharao, dum flagellis cæderetur, pluribuſq. prę meretur malis; Moiſen pro illis amo-
Exod. 9. uendis precabatur dicens, *Peccaui etiam nunc. Dominus iuſtus eſt, ego & populus meus, impij.* Quæ autem peccatorum genera; uel qui peccatorum numerus futurus ſit, adhoc, ut quis ſic ſuo relinquatur arbitrio; ac paterna illa ſolicitudine deſtituatur, ſolum Deum id ſcire, putandum eſt.

¶ *Ob quoduis graue patratum ſcelus nunquàm de Dei pietate diſſidere debemus. Cap. LXXXXV.*

De repa. lapſi. QVoniam uerò (ut ait D. Chriſoſtomus,) tanta eſt Dei pietas erga nos, ut nunquàm pœnitentiam ſpernat; dummodo humiliter, & ſyncerè ſibi offeratur, [Etiam ſi ad ſummum quis peruenerit malorum;] nunquàm ob quoduis facinus; nec ob quemcumque numerum peccatorũ commiſſum; de Dei pietate ac clementia diſſidere debemus. Hoc autem exemplo Iudæ, oſtendit B.
De util. penit. Aug. dicens, [Nemo deſperet. Iudam traditorem, non tam ſcelus, quod commiſit, quàm indulgẽtiæ deſperatio, fecit pœnitus interire.] Cui etiam
Super Luc. ſententię fauens B. Ambroſius, ait. [Nemo diffidat. Nemo ueterum conſcius delictorum, præmia diuina deſperet.] Vt enim ſupra, eiuſdem B.

Am-

Ambroſij ſententiam citantes, diximus, [Nouit *Cap. 62.*
Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.] Et quàmuis aliquis toto uitæ ſuæ tempore, diaboli ac peccati operibus deſeruierit, ſeq. ſenio confectum; ac morti proximum, conſpiciat: nec ob id, in deſperationis foueam, ſe debet præcipitem dare. Vt enim ait B. Leo, [Nemo deſperandus eſt, dum eſt in hac uita conſtitutus.] quoniam uis gratiæ Dei, eiuſque efficacia diuturnæ ac inueteratæ conſuetudini, prȩualet, ea què ualidior eſt. Et ad hoc propoſitum ait Gloſſa, *Sup. Pſ.*
[Miſericordia Dei, quæ eſt infinita, etiam deſpe- *67.*
ratiſsimos conuertit.] D. quoque Paulus innuere uolens, quòd Dei pietas, diaboli potentiam ſuperat; de ſic prauè affectis, ac ut ita dicam, perditis hominibus loquens dixit, *Ne quando det illis* *2.Tim.2*
Deus ſpiritum pœnitentiæ, & reſipiſcant alaqueis diaboli; aquo captiui tenentur, ad ipſius voluntatem. Tamquàm ſi diceret. Sunt aliqui adeò ad peccandum procliues, ut quàmprimum diabolus, eis peccati occaſionem oſtenderit, in ipſum ſtatim tuant. Adeò tamen ingens eſt Dei pietas, ut etiam plerumque talibus, uim præbeat excutiendi ſe a iugo, ac ſe diſſoluendi a laqueis diaboli, cui ad nutum obediunt. Hoc denique notatu dignum eſt: quòd numquam per Deum ſtat, quin peccator quilibet, cum eo reconciliari poſſit, cum nemini auxilium ſpeciale (ut diximus) deneget, *Cap. 9.*
Quod quidem auxilium (quantum ex ſe eſt, ut etiam ſuperius diximus) ad reconciliationem ſuf- *Cap. 7.*
ficit. Poſſunt enim quilibet peccatores (licet non

Ca.7. & ſine Dei auxilio,ut ibi tactum eſt)dum uiuunt, ut
59. ait D. Tho. [de quolibet peccato pœnitere,] il-
3. p. q. liuſque miſericordiam obtinere; qui pro pecca-
86. ar. 2 toribus ſaluandis, uenit in mundu[m], crucemque
1.c. conſcendit. Et licet Cain ex ore Domini male-
dictus fuiſſet; dicente ei Domino, *Maledictus eris;* poterat tamen poſtea bonus eſſe; & ſaluus fieri; quoniam Dominus non dixit ei ſimpliciter, & abſolute, Maledictus eris in inferno, ſiue ſub ter-
Gen.4. ra; ſed Maledictus eris ſuper terrá; per quod uoluit innuere, quòd non obligabat ipſum, neque deſtinabat æternæ damnationi: ſed potius pœnæ temporali; & ideo non dixit illi, Maledictus es, ſed Maledictus eris; ut oſtenderet, quòd ſi uoluiſſet uerè pœnitere, damnationem non incurriſſet. Peccatum ſimiliter iudæorum, de quibus ait Ioannes, *Non poterant credere*, erat remiſſi-
Hom.61. bile, & incredulitas illa (ut ait D. Chriſoſ.) illis erat euitabilis: quia poterant Chriſti doctrinam, ſanctitatem, miraculaque ſpectando; animum ab infidelitatis errore, reuocare. Sed ideo non po-
Tract. terant credere (ut B. Auguſt. ait) quia nolebant.
53. in Nec prophetia ullam eis peccandi neceſsitatem
Ioan. imponebat, quoniam non obid, quia prophetia prædixit, Deus ſic eos facere decreuit, uel prophetia impellebat: quin potius, quoniam cum Deus præuidiſſet Iudæorum pertinaciam, ac mẽtis duritiam, & quòd Christo prædicanti credere nolebant, iccirco hoc ipſum per Prophetam futurum prædixit. Et hoc eſt, quod ait D. Chri-
Hom.61. ſoſt. [Non enim quia dixit Iſaias, non crediderunt

runt, ſed quia non erant credituri, propterea Iſaias dixit.] De Iuda quoque de quo dixit Chriſtus, *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet*, loquens D. Chriſoſt. ait quòd [Chriſtus offerebat ei ſanguinem, quem uendidit, ut haberet remiſſionem peccatorum, ſi tamen impius exiſtere noluiſſet.] ac ſi non per Deum, ſed per ipſum ſtetiſſet, quòd pœnitere, ac peccatorum remiſſionē aſſequi poſſet.

¶ *Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt lapſum. Cap. LXXXXVI.*

CVm igitur tanta ſit pœnitentiæ vis, meritò eam Concilij Patres ſanctorum Patrum, & præcipuè B. Hieronimi uoce vtentes, ſecundam poſt lapſum tabulam, aptè uocauerunt dicentes. [Quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, ſancti Patres aptè nuncuparunt.] Naufragium hominum, fuit primorum parentum lapſus; de quo D. Paulus ait quòd, *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt*. Prima poſt tale naufragium tabula, eſt baptiſmus, quo cælorum ianua hominibus aperitur; dicente Chriſto. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire regnum Dei.* Si autem poſt baptiſmum in peccatum lapſi fuerimus; ad pœnitentiæ tabulam nobis confugiendum eſt. Veluti enim effracta naui, vnum vitæ ſeruandæ refugium remanet, ſi forte tabulā aliquam de

Seſſ. 14. c. 6.

Rom. 5.

Ioan. 3.

de naufragio liceat arripere, ita poſt amiſſam baptiſmi innocentiam, ad pœnitentiæ tabulam nobis confugiendum eſt. Et quemadmodum, qui naufragium paſſi ſunt; alicui in hærentes tabulæ ſtrictè eam detinent, ac amplexantur; ita & in peccatum lapſi, totocordis affectu, pœnitentiæ inhærere debent, Deum precantes, vt illis præterita peccata dimittat, utque in futurum eos, ne amplius in illa incidant, præſeruet. Hoc nobis Spiritus ſanctus innuere uolens dixit. *Eccl. 21.* *Fili peccaſti, ne adijcias iterum; ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.*

¶ *Gratia aliter per baptiſmum, & aliter per pœnitentiam nobis confertur. Cap. LXXXXVII.*

HOc tamen bene notandum eſt, quòd aliter nobis cõfertur gratia per baptiſmũ, & aliter per pęnitentiæ Sacramentum, Nam per baptiſmum plenior nobis cõfertur gratia, cum tota pœnitus pœna, vnà cum culpa abſorbeatur; at verò in ſacramento pœnitentiæ, etſi culpa & pœna æterna dimittantur; non tamen tota pœna temporalis remittitur, veluti in baptiſmo; ſed iuxta compunctionis ſpiritum, quem homo, cum Dei adiutorio conceperit, magis vel minus de ea remittitur. Huius autem ratio, hæc eſſe poterit. Quoniam ſicut in generatione carnali, nemo ſeipſum generat, ac è uẽtre matris extrahit; ſed naturæ uis hominem

minem generat; eumque ex materno vtero emittit; ita etiam in baptiſmo euenit. Cum enim baptiſmus ſit natiuitas, ſeu regeneratio quædam ſpiritualis: actiones hominis, ueluti res eſſentiales ad illius effectum non concurrunt, quàmuis in adultis, tum fides, tum etiam peccati dolor, requiratur; ſed ſola uirtus & efficacia paſſionis Christi, adeò plenè & efficaciter cuilibet communicatur, ac ſi quilibet paſſus & mortuus eſſet; & adeò liber redditur a reatu totius pœnę ſibi debitæ, ac ſi ipſe ſufficienter ſatisfeciſſet pro omnibus peccatis ſuis; & obid totaliter virtutem paſſionis Chriſti participat; quapropter tota pœna ſimul cum culpa, deletur. At vero in ſacramento pœnitentiæ, non ita euenit. Cum enim actus noſtri, contritio, ſcilicet & confeſſio; veluti res eſſentiales, ad illius effectum conſequendum concurrãt: etſi quantum eſt ex parte ſacramenti, ut dicetur, pœna æterna vnà cum culpa ſemper remittatur; dummodo contritus, uel ſaltem attritus, quis accedat; quia tamen per pœnitentiæ Sacramentum non regeneramur, ſed ſanamur; pœna temporalis non ſemper tota remittitur; ſed, ut modo diximus; iuxta pœnitentis diſpoſitionem, ſiue iuxta contritionis quantitatem; quæ quidem adeò ingens eſſe poterit, ut tota pœnitus pœna, vnà cum culpa deleatur: ueluti Magdalenæ & Mulieri in adulterio deprehenſæ, eueniſſe creditur. Verba Concilij, quæ ita eſſe, ut diximus, aſſerunt, hæc ſunt. [Docendum eſt Chriſtiani hominis pœnitentiã poſt lapſum, multo aliã eſſe a baptiſmali.]

Tract. 2. ca. 9. 10.

¶ *Quæ*

¶ *Quænam ſint ſacramenti pœnitentiæ partes.* *Cap.* *LXXXXVIII.*

QVæ uerò ſint pœnitentiæ partes (non pœnitétiæ quatenus uirtus animi eſt; quoniam cum ſit quoddã ſimplex, partibus caret, ſed pœnitentiæ, quatenus eſt ſacramentum) oſtenditur uerbis Con-
ſeſſ. 14. cilij dicentis, [Eaque contineri, non modo ceſſa-
c. 3. tionem a peccatis, eorum deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum; uerum etiam eorumdem ſacramentalem confeſſionem, ſaltem in uoto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem; itemque ſatisfactionem.] Qua ſanè doctrina, tres ſacramenti pœnitentiæ partes explicantur. Quarum prima eſt: ceſſatio a peccatis, ſiue cor contritum & humiliatum, de quo
Pſal. 50. ait Propheta, *Cor contritum Deus non deſpiciet*, & hæc contritio uocatur. Altera uerò, eſt confeſſio
Prou. ſacramentalis, de qua ſcriptum eſt. *Qui confeſſus*
28. *fuerit ſcelera ſua, miſericordiam conſequetur*; & hæc per Sacerdotis abſolutionem, de qua dixit Chri-
Ioan. 20 ſtus, *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*, perficitur. Poſtrema uerò eſt ſatisfactio, de qua di-
Luc 3. xit ipſemet Chriſtus, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*. Forma autem talis ſacramenti, quæ ſit
Seſſ. 14. oſtenditur, cum ſubditur. [Sacramenti pœniten-
ca. 3. tiæ forma, inqua præcipuè ipſius uis ſita eſt, in
Opuſ. 22 illis uerbis poſita eſt, Ego te abſoluo.] Quæ qui-
c. 2. dem abſolutio, ut ait D. Tho. ut pars Sacramenti,

ad

ad peccatoris iuſtificationem concurrit. Tres autem hæ pœnitentiæ partes, quas enumerauimus: in pœnitentia populi Niniuitæ, clarè admodum patent. Dicebat enim præco, ex Regis mandato. *Conuertatur uir auia ſua mala.* Ecce contritio, quæ dolorem, quem ob peccatum commiſſum concipimus, importat. *Et clament ad Dominum in fortitudine*, per quod confeſſio exprimitur. *Et induantur ſaccis, & ieiunent*, per quę ſatisfactionis opera, inſinuantur. Et quoniam tribus modis Deum offendimus, cogitatione, loqutione, & opere; meritò tres dicuntur eſſe pœnitentiæ partes. Corde enim de offenſis dolemus; quod ad cõtritionem ſpectat: lingua, noſtras confitemur errores, quod cõfeſſionis eſt munus: operibus denique pænalibus nos affligimus, per qđ ſatisfactio ſignificatur. *Ionæ. 3.*

¶ *Cur hac forma vtamur, Ego te abſoluo. Cap. LXXXXIX.*

DIcet uerò quis. Cum Chriſtus in remittendis peccatis, uſus fuerit uerbo remiſſionis, dicens tum Magdalenæ, tum etiam Paralitico, *Remittuntur tibi peccata tua*, Cur non utimur hac forma, Remitto tibi peccata, uel nõ utimur hac, Ego abſoluo te, cum idem ſit abſoluere a peccatis, & peccata remittere? Reſpondet D. Tho. quòd ideo in abſolutione ſacramentali potius utimur uerbo, abſolutionis quàm remiſſionis, ut forma abſolutionis, conueniat uerbis inſtitutionis: quia Chriſtus *Dubiũ.* *Solutio.* *Opuſ. 22. ca. 2.*

dans

dans clauium poteſtatem, his uerbis uſus eſt, *Quodcumque ſolucris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.*

Matt.11.

¶ *Qui nam ſit pœnitentiæ effectus.* *Cap. C.*

Seſſ.14. c.6.

EIus verò effectus quis ſit, oſtẽditur cum ſubditur, [Pęna æterna unà cum culpa Sacramento, uel ſacramenti uoto, remittitur.] Quod quidem ſacramenti votum nil aliud eſt, quàm animi diſpoſitio, ſiue præparatio, ad ſubiciendum ſe poteſtati Eccleſiaſticæ, ſiue Sacerdotis iudicio, tempore debito. Quod quidem debitum tempus quale ſit, inferius oſtendetur. Et hoc eſt quod ait, D. Thomas, [Nullus reputatur contritus, niſi habeat propoſitum ſubiiciendi ſe clauibus Eccleſiæ, quod eſt habere ſacramentum in uoto.]

Tract.2. c.6. *Opuſ. 22 c. 3.*

¶ *Quæ ſint ſatisfactionis opera.* *Cap. CI.*

Vbi ſup.

QVæ uerò ea ſint opera, per quę nobis ſatisfaciendum eſt, optimè aperitur, cum dicitur, [Itemque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſinas, orationes, & alia pia ſpiritualis uitæ exercitia.] Et quoniam hoc præcipuè hic agendum eſt; nimirum oſtendere, quòd contritio Sacramenti uoto peccatum delet, noſque Deo gratos efficit, duabus aliis pœnitentiæ partibus omiſſis, De efficacia, ſiue effectu, quem ex ſui natura in nobis parit

rit contritio, ſermo reliquus erit. Eſt enim contritio pœnitentiæ fundamentum, ac oſtium per quod nobis ad pœnitentiam aditus datur, cum abſque ea parum uel confeſſio uel ſatisfactio nobis prodeſſe poſſint. Et licet, ut dicetur, per ſacramenti receptionem, ex attrito quis contritus efficiatur, qua propter uideri forſan poterit, quòd attritio, ſaltem cum Sacramenti receptione, ſatis ad ſalutem eſſe poſſit: dicitur quòd attritio, (ſi etiã a pœnitente tantum attritio ęſtimetur) nec cum ſacramenti receptione nobis opitulari poterit. Nõ tamen in his (quæ hactenus proſequti ſumus) fruſtra tempus contriuiſſe putandum eſt. Primũ quidem, ut in peccatum lapſi, ſcientes quòd non noſtra uirtute, ſed Dei tantum munere, illius iugum excutere ualemus; ipſum nobis propitium fore precemur, dicentes cum Propheta, *Adiuua me, & ſaluus ero.* Deinde, ut illud etiam ob oculos habentes, nullum reperiri peccatum, cuius hominẽ pœnitere non poſſit, & quòd Dei pietas omnem excedit peccati magnitudinem & numerum, numquàm ob quoduis peccatum commiſſum, de Dei clementia diffidamus, cum Iob. dicentes. *Etiam ſi occiderit me ſperabo in eum.* Quòd autem per ueram cordis contritionem, ſolo ſaccramenti uoto; cum propoſito tamen illius tempore debito ſuſcipiendi, peccata nobis a Deo relaxentur, (quod oſtendere, præcipuum uidetur eſſe inſtitutum,) hoc ſequenti capite, latius oſtendetur. Interim autem de contritione agamus.

ca. 108. & Trac. 2. c. 5.

Sot. d. 12. q. 1. ar. 4.

Pſ. 118.

13.

¶ *Quid*

¶ *Quid nam ſit contritio.* Cap. CII.

ESt autem contritio, ut ex Concilij & ſanctorum Patrum doctrina colligitur, animi dolor, quem de peccato cōmiſſo, quatenus eſt Dei offenſa concipimus, cum propoſito de cætero non peccandi; & ſpe ueniæ a Deo obtinendæ. Priuſquàm ſingulæ partes ſingillatim declarentur, pro clariori horum intelligentia eſt notandum, quòd hoc nomen; Contritio, ab hoc uerbo, Contero, deriuatur, quod perinde ſignificat, ac in partes ſubtiliores, aliquid redigere: ueluti ſi dicamus, quòd granum contritum erit, quando ui molæ, in farinæ ſpeciem fuerit redactum. Tale quoque uocis genus a ſanctis Patribus & præcipuè Chriſoſt. Auguſtino, & Gregorio paſſim recipitur, & ſi nomine contritionis, aliquando, compūctionis nomine uſi fuerint: vt præſertim uideri poteſt a ſanctorū Patrum, Gregorij, & Bernardi ſcripta legentibus D. quoq. Criſoſtomus, duos elegantiſſimos, de compunctione cordis, ſcripſit libellos. Talis etiam uox frequentius in ſacro reperitur eloquio; ut præcipuè uide-
Pſ. 50. dere eſt in Pſalmis. *Cor contritum Deus non deſpi-*
Pſ. 146. *ciet*, & alibi, *Qui ſanat contritos corde*, dicebat Da
uid. Obid autem animi illo dolor, ſiue peccati deteſtatio, contritio dicitur, quoniam conſcientiæ ſtimulis cor pungit, & inſtar uermis, corrodit, atque conſumit.

Sin.

Singulæ definitionis contritionis partes, declarantur. *Cap.* CIII.

VNde deriuetur hoc nomen, contritio. perſpecto: ſingulas ipſius definitionis partes declarare, reliquum eſt, ut tãdem huic primo capiti, finis imponatur. Dicitur ergo, quòd contritio eſt dolor animi, deteſtatio, ſiue odium ob peccatũ commiſſum; quoniã non poteſt uerè pœnitere, nec Deo reconciliari, qui non illud odit, ac deteſtatur, quod ſibi auerſionis a Deo, ac ſeparationis ab eo, cauſa ac occaſio fuit. Dicitur, quòd Contritio eſt deteſtatio peccati, inquantum peccatum eſt offenſa Dei; tum ut diſtinguatur Contritio ab attritione, tum etiã ut oſtendatur, quòd ideo peccatum horrere debemus, quia Deus peccato offẽditur. Quòd autẽ ob id de peccato nobis dolendũ ſit, quia Deus peccato offẽditur, B. Patriarcha Ioſeph, cœleſti edoctus lumine patefecit. Cum enim a Domina de adulterio committẽdo ſolicitaretur, ita ei reſpondit. *Quomodo poſſum malum hoc facere, & peccare in Deum meum?* Veluti ſi ob id peccatum euitandum, deteſtandumque ſibi foret; quoniam Deus peccato offenditur, ut etiam inferius dicetur. Gen. 39. ca. 110.

¶ *Attritio, & contritio, in quo conueniant.* *Cap.* CIIII.

QVò uerò hæc clarius percipiãtur; quid ſit attritio; quidve Contritio, in quo inter ſe con-

ueniant, & in quo diſcrepent, aperiẽdũ. Eſt igitur Contritio, perfectus dolor de peccato, dũ ſcilicet quis ob Dei offenſam peccati dolet; Attritio uerò eſt dolor imperfectus eiuſdem; dum quis peccati dolet, uel ex metu gehennæ, uel aliarum, quarumuis pœnarum. His declaratis; dicimus quòd Atttitio & Cõtritio in hoc conueniũt: quòd tam attritus, quàm contritus, peccatum ſuper omne odibile horrere debet; cum propoſito de cætero non peccandi: & ideò, cum quis peccati dolet tantum ob timorẽ pœnarum; adeò ut ſi nõ eſſet earum metus, a peccato non abſtineret, & propoſitum peccandi in poſterum non excludit, talis nec etiã uerè attritus dici poterit, ita cũ ſacramenti receptione fiat contritus, quoniam non uerè pecccatum horret; qui non ſic affectus eſt, ut illud amplius commitere nolit; & peccatum in ſeipſo, ſiue quatenus eſt legi Dei & naturæ contrarium, Dei que offenſiuum, non odit. Obid autem tales, nec etiam ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendo, gratiam, qua contriti efficiantur, recipient: quoniam, nullo peccati odio, ſed tantum pœnarum terrore, illud deteſtantur, ac horrent.

Sot. 4. d. 14. q. 2. ar. 5.

¶ *Obiectum præcipuum contriti, eſt amor, attriti uero timor. Cap. CV.*

Viſa utriuſque conuenientia, in quo etiam attritio, & contritio inter ſe, differant, aperiendum eſt. Prima ergo inter utramque differentia, eſt reſpe-

ctu

ctu obiecti utriuſque,ut ſuperius etiam diximus. *cap.*103.
Quoniam obiectum præcipuum contriti, eſt Dei pii Patris offenſa, attriti uero, vel timor humanæ correctionis, uel ſeueritas iuſtitiæ Dei, uel deniq. peccati turpitudo, ac fęditas; quod etiam, ad uirtutem & actum charitatis ſpectare uidetur. Hoc autem ita eſſe, Dauidis & Achab regum exemplo oſtendi poteſt, qui ambo homicidii crimen cõmiſerunt. Quorum alter cum inpeccati cognitionẽ Deo ipſum monente per Nathan Prophetam, deueniſſet, quòd Deum peccato offendiſſet, ſummo dolore affectus eſt dicens, ***Peccaui Domino***.
Qua propter ſtatim ſibi dictum fuit, ***Dominus trã ſtulit peccatum tuum***. At uerò Achab, uoce Eliæ peccato agnito, non ad Dei offenſam, ſed ad pœnam, quàm ex patrato ſcelere ſibi comminatam ſenſit, animũ uertit. Adeò ut Dauid maiori fuerit dolore affectus quia peccato Deũ offendit, q̃ ob pœnam, quam pro admiſſa culpa ſe mereri ſciebat. Achab uerò magis ob pœnam: quàm ob Dei offenſam dolere uiſus eſt; qua propter eius pœnitentia, ſolos timoris limites ſeu terminos attigit; ad amoris uerò gradus; ut benè admonet Caietanus) non peruenit. Et licet aliquando uideatur, quod attritus Deum pro obiecto habeat, non tamen ipſum, ut patrem, quin potius ut malorũ uindicem ac ultorem (ueluti Achab) reſpicit: ita ut eius obiectum pręcipuum ſit, uel timor humanæ correctionis, uel ſeueritas iuſtitiæ Dei, quę nullum malum impunitum uult admittere (ut ſuperius dictum eſt.) *cap.* 75.

*2.reg.*12. *3.reg.*21.

Contritus timore filiali, attritus uerò ſeruili timore mouetur. Cap. CVI.

ALtera uerò inter attritionē & contritionem differentia, eſt reſpectu cauſæ. Quoniam cōtritio a timore filiali cauſatur: attritio uerò, tantum a timore ſeruili. Vnde quemadmodum famuli, dum dominos ſuos erga ſe iratos proſpiciunt; oculos in eorum manibus defixos habent, dicente Propheta.
Pſ. 122. *Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum;* filij uerò econtra, genitorum ora reſpiciunt: ita & attriti peccato cognito, ad ipſum deteſtandum, pœnarum metu mouentur; quod ad timorem ſeruilem ſpectat: contriti uerò quia pium patrem offenderint, quod ad filialem timorem pertinet. Et quàmuis pœnitentia a timore ſeruili ſicut a primo motu noſtri affectus initium ſumat,
29. dicēte Iſaia, *A timore tuo concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis*; hoc tamen eſt inter utroſque diſcrimen: quòd contriti, & ſi a principio timore ſeruili moueri uideantur, quoniam tamen, ut ait
1. cap. 4. B. Ioannes, *Charitas foras mittit timorem*, quàm citò ab eo ad filialem timorem tranſitum faciunt: attriti uerò, in ſeruili tantummodo timore quieſcunt. Et quàmuis interdum uideatur, dum tantummodo attriti ſumus, vt ad peccati deteſtationem, reſpectu offenſæ Dei moueamur, id potius erit circunſtantia quædam intellectus, ſic fieri iudicantis, quàm uera diſplicentia de Dei iniuria atque offenſa.

Con-

¶ Contritio ſolo Dei munere haberi poteſt; attritio uerò ex facultate naturæ. Cap. CVII.

ALtera inter utramque differentia eſt, quòd attritio ſolis liberi arbitrij uiribus haberi poteſt; cum ſit in cuiuſlibet facultate, ſe uel ad turpitudinis peccati, uel Dei uindictæ conſiderationem uertere; ea quæ Chriſti tam tremenda uerba, ſecum animo uolutare, *Ite maledicti in ignem æternum;* Mat. 25. & illud D. Apoſtoli dictum, *Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis*, Ex quorum conſideratione, non admodum difficile eſt, aliquam concipere poſſe attritionem. Immo (ut Mag. Dominico Soto placet) nullus ferè actus reperitur in contrito, quem etiam attritus (ſi ſubſtantia tantum actus ſpectetur) præſtare non poſſit. Et quod etiã plurimũ refert: grauiori ac intenſiori dolore moueri poterit attritus ob pœnarum metũ, quàm contritus ob Dei offenſę conſiderationem; ueluti Dauidis & Achab exẽplo oſtẽdi poteſt. Cũ enim Dauid in culpæ notitiam deueniſſet, in hæc tantum ipſum uerba prorupiſſe legimus, *Peccaui Domino*. Achab autem ieiunio, ſacco & cinere ſe afflixiſſe; licet grauius Dauid, quàm Achab peccaſſet. Et hic pęnitentiæ actus, & ſi reſpectu obiecti, cõtritio quodammodo dici poſſit; quoniã Deum (ſaltem ut uindicem reſpicit) non tamen eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam; neque uerè contritio eſt, cum peccatum ſecum compati poſſit. At

Hæb. 10.

De Nat. & gra. l. 2. c. 14.

2 reg. 12

uerò contritio cum Dei donum ſit, nec poſſit niſi per Dei gratiam haberi; quàm primum hominis cor penetrauerit, ſtatim peccatum ab eo fugat ac expellit; inſtar lucis, ad cuius ortum, ſtatim tenebrarum uis expellitur ac fugatur.

¶ *Contritio ſolo ſacramenti uoto peccatum remittit. attritio uerò, non niſi cum ſacramenti receptione. Cap. CVIII.*

EX effectu quoque, quem utraque earum in nobis parit, altera differentia ſumi poteſt. Etenim atritio, non niſi cum ſacramenti receptione gratiam
*Ca.*104. conferre poteſt, cum ſit (ut dictum eſt) inpefectus peccati dolor; At uerò contritio ex ſui natura, cũ uoto tamen ſacramenti gratiam confert, dicente
De pen. B. Aug. [Contritio eſt dolor remittens peccatum]
diſt. 3. Et ut ait D. Tho. [Per contritionem offenſa Dei
4. *con.c.* tollitur; & a reatu pœnæ ęternę liberatur.] Quod
72. autem attritio cum ſacramenti receptione, uim gratiam conferendi, habeat, & quòd ex attrito quis contritus efficiatur; oſtenditur ex uerbis Cõ
ſeſſ. 14. cilii dicentis. [Quàmuis ſine ſacramento pęni-
*c.*4. tentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere non poſſit; tamen eum ad Dei gratiam in ſacramento pœnitentiæ impetrandum, diſponit.] Dicitur autem, quòd contritio cum ſacramenti uoto peccata remittit: quoniam, ut authoritate D. Tho. in-
Trac. 2. ferius dicetur: contritio uera ac legitima eſſe non
c. 11. poteſt; niſi ſacramenti uotum annexum habeat;
cum

cum eius uoto præcipuè peccata dolentur, dicente Concilio; [Ipſam nihilominus reconciliationem, ipſi contritioni, ſine ſacraméti uoto, quod in ipſa includitur, nõ eſſe attribuendam.] Et hoc eſt, quod ait D. Tho. [Contritio numquàm poteſt eſſe uera, ſine uoto clauium eccleſiæ; quantumcumque ſit dolor de peccato præterito, & propoſitum abſtinendi in futurum.] Quod tamen uotum, exigitur ut ſit expreſſum, ſi id menti ſuccurrat; ſin autem, tacitum uotum ſatis erit. *Vbi ſup.* *Quol. 4. ar. 10.*

¶ *Contritionem ſemper comittatur gratia, non autem attritionem.* *cap.* C I X.

ET ex his, quę hactenus oſtendimus differentiis, inter attritionem & contritionem, poſtrema tandem colligitur, Quòd contritio ſi legitima ſit, numquàm gratia eam comitante carebit; attritio, uerò cum ſit imperfectus peccati dolor, peccatum ſecum patitur.

¶ *Quomodo Deus per peccatum offendatur.* *Cap.* C X.

ET quoniam, ut diximus, Contritio eſt dolor de peccato, quatenus peccatum eſt offenſiuum Dei, quodque tũc uerè peccatum remittitur; cum quis peccati dolet, quatenus eſt offẽſa Dei: quo pacto dicet quis, Deus peccato hominis offendi poteſt? Vt enim *Dubium Cap. 103*

ait B. Iob *Si peccabis, quid nocebis ei? Et ſi multiplicata fuerint peccata tua, quid facies contra eum?* Cur ergo loquens Dominus cum Moiſe, conquerens de eius diffidentia ad aquas contradictionis

Nu. 28. dixit, *Offendiſti, me in deſerto*, & ſancta illa Iudith

11. populũ Bethuliæ alloquens dixit, *Conſtat Deum*

Solutio. *peccatis offenſum?* Ad hoc reſpõdetur; Quòd cum dicimus hominem per peccatum Deum offendere id, non eſt ſic accipiendũ; tamquàm Deus aliquid damni ſiue detrimenti patiatur; veluti euenit homini cum ab altero læditur, cum Deus nullo pacto offendi; nec aliquid pati poſſit. Sed obid Deus ab homine peccato offendi dicitur, inquantum homo aliquid agit uel contra voluntatem eius, quæ nobis per Scripturam innoteſcit, vel contra ius naturæ: ſiue, quoniam uoluntatem ſuam diuinæ uoluntati non uult conformare, nec id exequi, quod ſibi à Deo præcipitur. Quando ergo aliquis peccatum committit; aliquid contra Dei uoluntatem operatur. Primum quidem, quoniam ipſum in ſuis ſpernit mandatis. Deinde verò, quoniam animam ſuam lædit, dicente Deo,

Prou. 8. *Qui peccauerit mihi, lædet animam ſuam*; uel proximum, eum in bonis internis, uel externis offendendo, quæ omnia in Dei iniuriam uel contumeliam fieri uidentur.; cum tam nos, quàm proximi noſtri, omnes ſub tutela ac prouidentia Dei ſimus; adeò ut quilibet, non malum ſed bonum proximi procurare teneatur, dicente Scrip-

Ecc. 17. tura, *Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo.* Et quo hæc clarius percipiantur, ad uertendum eſt,

quòd

quòd homo duo tenetur Deo reddere; honorem & amorem, dicente Deo, *Si ego Dominus, ubi honor meus? Si pater, ubi amor meus?* Honorem ei impendere tenemur, quoniam fœlices ac beatos nos promiſit ſe facturum in cæleſtibus dicens, *Gaudete, quia merces veſtra, copioſa eſt in cælis.* Amorem uerò, quia nobis clementiſſimum ſe exhibet patrem, dicente Moiſe populo Iſraelitico, *Nonne ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, fecit & creauit te?* Quando ergo quis, uel propria concupiſcentia; uel diaboli nequitia, peccatum aliquod committit; utrumque (quantum eſt ex ſe) Deo aufert. Honorem; quoniam eius mandata contemnit. Amorem autem; quoniam creaturam; aurum, uindictam, libidinem, & alia illiuſmodi caduca, Dei amori proponit. His autem duobus ablatis, amore ſcilicet & honore, Deus offenditur, & homo pœna dignus redditur. Dum enim quis per affectum peccati, Dei amicitiam uiolat, Dei gratiam amittit, eiuſque incurrit offenſam. Dum per inobedientiam diuinæ legis honorem Deo debitum ſubtrahit; pœnam meretur, quod pœnæ meritum, reatus dicitur. Et de his duobus, quę ſibi ab homine per peccatum auferebantur, conquereas Deus per Prophetam dicebat, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*: per quod auerſio cordis à Deo ſignificatur. *Et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas*; per quod conuerſio eiuſdem ad creatum, oſtenditur. Quàm autem Deo diſpliceat, dum in ſuis mandatis ſpernitur, nedum hinc perpendi poteſt; quòd legis ſuæ prę-

uarica-

Mal. 1.

Matt. 5.

Deu. 32.

Ier. 2.

uaricatoribus, maledixit, verum etiam indè, quòd inter ſcælera Iudaici populi, legis ſuę pręuaricationem præcipuum ſcelus poſuit dicens, *Et ſuper*
Amos 2. *quatuor non conuertam eum, eo quòd abiecerit legem Domini.*

¶ *Contritio emendationis propoſitum includere debet. Cap. CXI.*

Dicitur autem (ut ad contritionis definitioné declarandam redeamus,) quòd contritio eſt dolor offenſæ Dei, cum propoſito correctionis, quoniam non poteſt uerè peccati pœnitere; qui non habet firmum ac ſtabile propoſitum, in poſterum a peccato abſtinendi; nec alicui poteſt diſplicere peccatum, quatenus eſt Dei offenſiuum; ſi de cętero illud committere intendat. Nec ſolum non peccandi propoſitum, uerè pœnitens admittere debet: uerum etiam, & propoſitum pro uiribus euitãdi occaſiones; quæ ſibi relabendi in peccatum, cauſam præbere poſſent. Qui enim ſe uerè pœnitere dicit, & peccandi occaſiones non deuitat; ſpontè ſe pecca-
Eccle. 3. to implicare uidetur, dicente Scriptura, *Qui amat periculum, incidet in illud.* Vt enim ait B. Leo, [Superbum eſt, de non peccandi facilitate præſume-
1. p. re; cum hoc ipſum præſumpſiſſe, peccatum ſit, dicente B. Ioanne, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.*] Quod quidem emendandę uitæ propoſitum

ut ſu-

(ut ſuperius dictum fuit de propoſito ſacramenti in uoto habēdo) ſi menti ſuccurrat, diſtinctum eſſe oportet: ſin autem, propoſitum uirtuale, ſatis erit. Quapropter non ineptè, bina facie pœnitentia ab antiquis depicta oſtēdebatur; quarum altera ante, altera uero retro, inſtar Iani, reſpiciebat; vt monitos homines redderent: quòd uera pœnitentia, pœnitudinem de præteritis culpis, & propoſitum ab eis in poſterum abſtinendi, admittere debet. Merito ergo ait B. Aug. [Pœnitentia eſt, tranſacta flere peccata; & eadem iterum non committere.] *ca.* 108. *De pœn. d.*3.

¶ *Pœnitentia ueniæ ſpem, ſemper admittere debet. Cap. CXII.*

ET quoniam, ut ait B. Ambroſius, [Nemo poteſt agere pœnitentiam, niſi qui ſperauit indulgentiam,] rectè dicitur, quòd eſt dolor commiſſi peccati, cum ſpe ueniæ. Et quàmuis in plura & grauiora prolapſi fuerimus peccata; nūquàm tamen de eius uenia ac pietate, ut ſuperius diximus, eſt nobis diffidendum. Hoc nobis Chriſtus inſinuare curauit, cum pauperis illius Viduæ ſermonem fecit, quæ importunitate Iudicis, apud quem ſua agebatur cauſa, animū flexit: cum Mulieris Cananeæ fide ac patientia, ſe ſuperari permiſit: cum Filij prodigi, qui poſt diſtractam ſubſtantiam, adeò benignè à Patre exceptus fuit, parabolā propoſuit; cum Mariæ Magdalenæ, & Mu- *De pœn. d.*3. *c.*61.62 *Luc.* 18. *Matt.*11. *Luc.* 15. *Luc* 7.

lieri

Ioan. 8. lieri tunc in adulterio deprehēſæ;ac Petro peper-
Luc. 22. cit; Latronique dum in cruce ageret, eodem die
Luc. 23. paradiſi gloriam repromiſit. Vt enim ait Beda,
In hom. Canan. [Qui de Latrone cōfeſſorē; de perſecutore Apoſtolum; de Publicano Euangeliſtam, de lapidibus poteſt facere filios Habrahæ, poteſt & impudentiſſimum Canem, in ouem Iſraheliticam; id eſt peccatorem auia ſua mala conuertere, quem merito bonæ actionis, ad regnum cœlorum perducat.]

¶ Deus, quàm ſit ſalutis noſtræ cupidus, aperitur. Cap. CXIII.

QVàm uerò Deus ſalutis noſtrę cupidus ſit, hinc perpendi poteſt: quòd nos intuens, nihilque præter ſcelera in nobis proſpiciens; ad ſui ipſius bonitatem contemplandam ſeſe uertit, ut que noſtri miſereatur, patrem ſe appellare non ueretur. Quo autem largior nobis parcēdi ſibi præſtetur occaſio; quod certè nobis memoriæ commendandum eſſet, merita mortuorum, eorumque erga ſe pietatem cōtemplatur. Vnde de ciuitate Ieroſolimitana uerba faciens, ueluti ſi meritis ſanctiſſimi illius, ac ſummè Deo dilecti uiri Dauidis, ſeruaretur dixit, *Protegam ciuitatem iſtam propter me, &*
4. reg. 19 *propter Dauid ſeruum meum.* Quòd ſi tales inter eos, a quibus originem traxerimus non uiderit, merita ſanctorum, quos ut patronos & aduocatos apud ipſum habemus, reſpiciet. Quorū merita

rita, & orationes, quantum apud Deum poſſint, facile erit intueri, ſi huc tantum quis aciem dirigere uoluerit, quòd nunquàm Deus manum uindicem a pœnis, quibus Iſrahelitas ob eorum culpas afficiebat, niſi orationibus Moiſi mediis, cohibere uoluerit. B. quoque Aug. agens ſuper illis Chriſti uerbis, *Facite nobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula*, ait plures repertos, adeò peccatorum nexibus, ac ligaminibus circumplexos, ut non niſi ſanctorum orationibus, ſpiritum pœnitendi, & Dei miſericordiã fuerint aſſequuti. Quam fortè doctrinam B. Auguſt. collegit ex uerbis B. Matth. dicentis, *Videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralitico, Confide fili, Remittuntur tibi peccata tua.* Super quibus uerbis, ait Beda. [Magnus Dominus, qui aliorum merito, ignoſcit aliis; & dum alios probat, aliis errata relaxat.] Si ergo intuitu alienæ fidei, Paralitico peccata remiſit, quid mirum, ſi Sanctorum meritis, & interceſſionibus aliquibus, propriis meritis prorſus deſtitutis (cum ſe Sanctis ac Deo dilectis humiliter, ſuppliciterque commendant) uim pœnitendi, a peccatis reſurgendi, & ad meliora animum transferendi, contulerit: illos, de indignis ac immeritis, dignos, meritoſque reddens, ut etiam ſuperius diximus? Quod ſi ob noſtram uecordiam, & ignauiam (dempto tamen contemptu,) neminem Sanctorum, qui beata fruuntur uita, vt patronum habeamus, Chriſtum, cuius ſumus mẽbra, quique pro nobis ſanguinem fudit, denique

De ciui. Dei lib. 21. ca. ult.

Luc. 19.

9.

Cap. 85.

con-

contèmplabitur. Et quàmuis totum uitæ tempus peccatis adſtricti, conſumpſiſſe, & ad ſummum, ut ſuperius ex authoritate D. Chriſoſtomi diximus, malorum deueniſſe uideamur: nec obid diffidentię de Dei pietate, aditum aperire debem̃us. Quin potius memoria reuocemus, quòd ut S. Baptiſta Ioannes dixit, *Potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Hebrahæ;* quòd paſſionis ſua tempore, lapides fregit, Latronis cor emolliuit: ab oculis Ieroſolimitanorum, lacrimarum riuos extraxit, mulierèſque pectora ſua percutiẽtes in Ciuitatẽ reuerti uoluit; ut oſtenderet quòd potens eſt, lapidea noſtra emollire corda; noſtraſque prauas ac rebelles (ut ſancta canit Eccleſia, ad ſe trahere, ac compellere uoluntates.

Ca. 95. *Matt. 3.* *Luc. 23.*

INDEX CAPITVM ſecundi Tractatus.

Cap. 1. *Contritio, ſacramenti voto peccata remittit.*

2. *Authoritatibus & rationibus probatur, quòd ſacramenti votum culpam delet.*

3. *Obijciuntur quædam, contra prædicta.*

4. *Sacramenti pœnitẽtiæ frequentia, cõmendatur.*

5. *Per receptionem Sacramenti pœnitentiæ, quot nobis bona conſerantur.*

6. *Abſq; exteriori confeſſione peccatũ remittitur.*

7. *Quàmuis per contritionem peccata dimittantur, ea tamen confiteri tenemur.*

8. *Quæritur, quid operatur Sacerdos, cum abſoluens*

uens contritum dicit, Ego te abſoluo.

9. *Tripliciter contingit aliquem accedere ad pœnitentiæ ſacramentum.*
10. *Authoritatibus & rationibus oſtenditur, quòd Sacerdos (quantũ ex ſe eſt) ſemper abſoluit.*
11. *Quomodo intelliguntur dicta. S. Patrum, quòd nullus a Deo abſoluitur, qui prius non fuerit ab Eccleſia abſolutus.*
12. *Dum Sacerdos abſoluit contritum, aliquid de pœna temporali, illi relaxat.*
13. *Pœnæ peccatorum in ſacra Scriptura, peccata uocantur.*
14. *Cur peccatorum pœnæ, peccata uocantur.*
15. *Dum contritus abſoluitur, gratiæ augmentum ſibi confertur; & aliquid pœnæ temporalis remittitur.*
16. *Per abſolutionem, aliquid pœnæ purgatorij remittitur.*
17. *Per frequentem peccatorum confeſſionẽ, etiam a tota pœna temporali, poterit quis liberari.*
18. *Abſolutio, eſt præcipua pars ſacramenti pœnitentiæ.*
19. *Per abſolutionem, plenior delictorum remiſſio impenditur.*
20. *His, quæ hactenus dicta ſunt, quædã obijciũtur.*
21. *Diluuntur modo obiecta.*
22. *Quomodo dicitur ſacerdos peccata remittere.*
23. *Pœna remittitur pænitenti tum ui abſolutionis, tum ui actuum pœnitentis.*
24. *Sacerdos, ſicut ſoluendi, ita quoque ligandi ius habet.*

25. *Differentia inter ſacramentum pœnitentiæ, & reliqua ſacramenta.*

26. *Sacerdos, pœnitenti aliquam poteſt iniungere pœnitentiam.*

27. *Pars pœnæ remittitur, etiam ex vi actuum pœnitentis.*

28. *Pœnitens, num certus, an dubius magis eſſe debeat, quòd uerè fuerit abſolutus.*

29. *Quantum pœnæ remittatur per Sacerdotis abſolutionem, determinatè ignoratur.*

30. *Abſolutione recepta, de gratiæ quoque receptione, certiores eſſe poſſumus.*

31. *Abſque Sacerdotis abſolutione peccata nõ remittuntur; cum quis confiteri tenetur; & adeſt copia Confeſſarij.*

32. *Quomodo intelligatur dictũ D. Tho. quòd confeſſio, & abſolutio ſunt cauſa contritionis.*

33. *Frequentia Sacramenti pœnitentiæ, iterum commendatur.*

34. *Nulla temporis mora, neceſſaria eſt ad pœnitentiam.*

35. *Non quilibet peccati dolor, culpam delet.*

36. *Quòd temporis mora, reconciliationem non differat, iterum oſtenditur.*

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS.

In quo, hoc præcipuè continetur, Quòd ſine oris confeſſione, cum propoſito tamen ſacramenti tempore debito ſuſcipiendi, peccata delentur.

¶ *Contritio ſacramenti uoto peccata remittit. Caput. I.*

INter cætera Magiſtri Sententiarum quæſita, cum de contritione, ſeu diſpoſitione pænitentis reſpectu gratiæ per ſacramentum pænitentiæ obtinendæ, ſermonem facit, hoc primum obtinet locum, [Vtrum abſque ſatisfactione & oris confeſſione per ſolam cordis contritioné, peccatum alicui dimittatur.] Et quoniam, ut ſuperius diximus huius quæſiti gratia; hic aſſumptus eſt labor; *Tract. 1. c. 3.* eadem reſponſio Magiſtri, etiam quæſito ſatisfacere poterit. Ait ergo. [Opinio aliquorum eſt; quòd abſque confeſſione oris, & ſatisfactione; nullus a peccato liberari poteſt: dummodo confitendi, & ſatisfactendi copia adſit.] Et hoc idem, ut diximus, quidam a theologis ſe accepiſſe dixerũ. *Vbi ſup.* Aliorum opinio eſt, ait Magiſter, quòd ante oris confeſſionem, & ſatisfactionem, per cordis contritionem, peccatũ dimittitur, ſi tamen uotum con

Pſal.31 ſitendi habeat, dicente Propheta, *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Quod exponens Caſſiodorus ait. [Dixi, ideſt, deliberaui apud me, quòd confitebor, & tu remiſiſti: Magna pietas Dei, quòd ad ſolam promiſſionem peccatum dimiſerit: Votum enim pro operatione reputatur.] Cuinam prædictarũ opinionũ adhęrere uellet, in initio ſecundi capitis oſtendit dicens, [Sanè dicit poteſt; quòd ſine confeſſione oris, & ſolutione pœnæ exterioris peccata delentur per contritionem, & cordis humilitatem; ex quo enim proponit mente compuncta ſe cõfeſſurum, Deus dimittit: quia ibi eſt confeſſio cordis, & ſi non oris; per quam anima interius mundatur a macula, & contagio peccati commiſſi, & debitum ęternæ mor-
Ezec.18. tis relaxatur: legitur enim, Quacumque hora peccator cõuerſus fuerit, & ingemuerit; uita uiuet, & non morietur. Non dicit ore confeſſus fuerit; ſed cõuerſus ingemuerit. Vnde datur intelligi, quòd etiam ore tacente, ueniam interdũ conſequimur. Hinc etiam leproſi illi, quibus Dominus præcepit, ut oſtenderent ſe ſacerdotibus, in itinere antequàm ad ſacerdotes uenirent, curati ſunt. Ex quo inſinuatur, quòd antequàm ora noſtra ſacerdotibus aperiamus, ideſt, peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur.] Et hac mea fuit re-
Trac. 1. c.3. ſponſio, etiam ab illuſtriſſimo D. Cardinali de Columna (ut ſuperius diximus probata.

Au-

¶ *Authoritatibus & rationibus probatur, quòd ſacramenti uotum culpam delet.* Cap. 11.

HÆc autem Magiſtri doctrina, quòd per uotum ſeu propoſitum ſuſcipiẽdi ſacramentum tempore debito, fiat remiſſio culpæ; etiam probatur authoritate D. Tho. dicentis, [Si antequàm abſoluatur habeat hoc ſacramentum in uoto, quando ſcilicet proponit ſe ſubijcere clauibus Eccleſiæ, iam uirtus clauium operatur in ipſo, & conſequitur remiſſionem culpæ.] Et alibi ait, [Per contritionem offenſa Dei tollitur; & a reatu pœnę æternæ liberatur.] Ecce quàm patenter oſtendit D. Tho. quòd per cordis contritionem, ſolo ſacramenti uoto peccata remittuntur. Ratio autem D. Tho. hæc eſt; quoniam ſacramenta dupliciter operantur; ſcilicet. cum actu exhibentur, & ſecundum quòd habentur in uoto. Et hoc ideò, quia ſacramẽta operantur, ut inſtrumenta diuinæ miſericordiæ iuſtificantis; Dei autem eſt reſpicere cor hominis, dicente Scriptura, *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, & alibi *Deus autem intuetur cor.*

Quol. 4. art. 10. — *4. cõn. c. 73.* — *Vbi ſup.* — *Gen. 4.* — *1. Reg.*

¶ Præt. 2. Vt ſuperius diximus, inter cæteras differentias, quæ inter attritionem, & contrititionem reperiuntur, hęc una enumerata eſt; quòd contritio ex ſui natura peccatum delet; attritio uerò abſque receptione ſacramenti, id præſtare non ualet: ergo ſacramenti uotum ſufficit ad culpæ remiſſionem.

Trac. 1. c. 101.

¶ Adhuc 3. Deus pronior eſt ad pietatem,
ca. 2. quàm ad iuſtitiam, dicente D. Iacobo quòd, *Su-*
per exaltat miſericordia iudicium, & ut B. Ambro-
De pœn. ſius ait, Promptior eſt ad miſericordiã, quàm ad ſe
d. 1. ueritatẽ Spiritus Dei. Et ideò loquens Deus de iu
Iſa. 54. ſtitia ſua dixit, *In puncto, & in momento dereliqui-*
te; econtra autem de pietate uerba faciens ait,
In miſerationibus magnis congregabo te. Iuſtitiam
Nu. 14. ſuam uolens Deus commendare dixit, *Ego ſum*
Deus zelotes, uiſitans iniquitates patrum in filios, uſ
que in tertiam & quartam generationem. At uerò
econtra de clementia, ait, *Faciens miſericordiam in*
millibus. Eccleſia ſimiliter de Dei pietate dicit,
[Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parce-
re.] Sicut ergo quolibet temporis momento, pec
cato aſſenſum præbendo, gratiam amittere poſſu
mus, cur eidem gratiæ aſſenſum præſtando, cum
Trac. 1. abſque ea (ut ſuperius dictum eſt) contritio ha-
cap. 26. beri non poſſit, eodem breui temporis ſpatio, eã
107. aſſequi non poterimus? ergo ſolo ſacramenti uo-
to abſque eius exteriori receptione, gratiam con-
ſequi debemus; cum pluribus de cauſis, exte-
rioris ſacramẽti receptione carere poſſimus. Hæc
autem, quæ hactenus diximus, firmari ac robora-
ri poſſe uidentur, doctrina ſimulque authoritate
Concilii dicentis quòd, [Pœna æterna unà cum
Seſſ. 6, culpa ſacramenti uoto remittitur; prius quàm
c. 14. hoc ſacramentum actu ſuſcipiatur.]

¶ *Obijciuntur quædam contra prædicta. Cap. III.*

VErum ſi rei veritas ita ſe habet, quidnam ſuperius dictis reſpondendum eſt, Quòd ſi contritio ſufficeret ad deletionem culpę ſequeretùr, quòd tempore Paſchatis confiteri non teneremur, cum qui conſcientiam peccati moralis non habet, confiteri non teneatur? Vt enim ex Concliii doctrina habetur, [Confiteri tenemur, omnia, & ſingula peccata mortalia. Si ergo peccatum per contritionem deletum eſt; non uidetur neceſſaria confeſſio. Et quoniam ex dubitatorum ſolutione, ueritas clarior redditur, aliqua non minoris pōderis contra eandem ueritatem in medium afferre, fortè ſuperfluum non erit. *Trac.1. c.3.* *Seſſ.14. c.5.*

¶ 2. Etenim ſi per contritionem ſolo ſacramenti uoto peccata remittuntur; quid ergo operatur ſacerdos, cum abſoluens contritum dicit, Ego te abſoluo? Si enim contritus peccatorum remiſſionem aſſequtus eſt; qui autem abſque contritione ad ſacramentum accedit, reſpectu in diſpoſitionis peccatorum remiſſionem non obtinet: non uidetur quòd umquàm ſacerdos abſoluat, ſed potius quòd declaret pœnitentem abſolutum (ut tenuit Magiſter ſenti) Ait enim [Chriſtus tribuit ſacerdotibus poteſtatem ſoluendi homines: id eſt ligatos uel ſolutos oſtendendi: cuius tamen opinio, meritò in hoc reprobata eſt. *4.d.18.*

 ¶ Præt.

¶ Prꝗt. 3. Si per contritionem culpa deletur; cur Chrſtus pœnitentiæ ſacramentum inſtituit? ſatiſfuiſſet ea innouare uerba. *In quacumque hora ingemuerit peccator non recordabor,*

¶ Adhuc 4. Verba B. Ambroſij his fauere uidentur. Ait enim r [Non poreſt quiſquàm iuſtificari a peccato; niſi peccatum ipſum antea fuetit confeſſus.] Et Beda ait. [Sine confeſſione oris, nequeunt peccata dimitti.]

De pœn. d.1.

Vbi ſup.

¶ 5 Maiorem tamen difficultatem afferre uidẽtur uerba B. Thom. dicentis quod confeſſio & abſolutio ſunt cauſa contritionis, Ait enim 3. p. q. 86. ar. 4. ad 1. [Quorũ primum totum ſimul ſumptum; ideſt confeſſio & abſolutio, eſt cauſa ſecundi; ideſt contritionis ſecundum uerò eſt cauſa tertii, ſcilicet gretiæ.] Si ergo contririò a confeſſione & abſolutione cauſatur; numquàm uidetur, abſque confeſſione & abſolutione a Sacerdote habita, poſſe peccata remitti. Non ergo contritio cum ſacramenti uoto ſufficit.

¶ *Sacramenti pœnitentiæ frequentia commendatur. Cap. IIII.*

PRius quàm prędictis obiectionibus ſingillatim ſatisfiat, quid de hac re ſenſerit B. Tho. aperiendum eſt. Ait enim, quòd admodum utile eſſet, ſit quàm primum in peccatum quis lapſus ſit, habita opportunitate ac copia Confeſſarii, ei lapſus ſuos confiteretur, & ſacerdoralem abſolutionem reciperet

Quol. io art. 1:.

peret. Et profectò hoc uerum eſſe, nemini in du bium reuocari deberet: quoniam dum pœniten tiæ ſacramentum dignè recipimus, uel gratiam, uel eius augumentum, ut latius infra dicetur, recipimus. Hoc enim ſingulare donum, hocque in ſigne ac mirabile priuilegium Deus filij; Eccleſiæ contulit, quòd dignè ſacramenta ſuſcipientibus, ſemper gratiam conferat; cum uirtus paſſionis Chtiſti per ea nobis applicetur, ac communicetur. Hoc autem non ſolum probatur authoritate Concilij Florent. ſub Eugenio Quarto celebrati dicentis, quòd ſeptem Eccleſiæ ſacramenta continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt, ſed etiam authoritate Concilij Tridẽtini dicentis. [Si quis dixerit ſacramenta nouę legis, non continere gratiam, quam ſignificant; aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, anathema ſit.] Hoc autem, etiam probatur authoritate D.Thom.3.p.q.62.ar.1.c.dicentis. [Sacramenra nouæ legis adhibentur hominibus ex diuina ordinatione ad gratiam in eis cauſandum.] & exemplum de baptiſmo afferens, ait. [Sicut aqua baptiſmi tangens corpus, cor abluit, dicente B. Augnſt. [Quæ eſt tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat,] ita & cętera ſacramenta digne ſuſcipientibus, eundem conferunt effectum; ſcilicet purificationem cordis peccato, uuod non fit, niſi per gratiam.]

c. 5. & 9

Seſſ. 7.

Can. 6.

Sup. Io. trac. 8.

¶ Per receptionem ſacramenti pœnitentiæ, quot nobis bona conferantur. Cap. V.

ET quoniam quemadmodum per baptiſmum, ita etiam per pœnitentiæ ſacramentum ad hoc nobis confertur gratia, ut peccatum deleatur dicente D. Tho.4.d.18.q.1.ar.3.quæſtiuncula.1.c.[Vtrumq; contra culpam ordinatur directè.] Quod in nobis precipuum gratia operatur, eſt peccatorum remiſſio. Et hoc eſt, quod ait D. Thom. 3. p. q. 86.ar.6.c.[Remiſſio culpæ eſt effectus pœnitentiæ, principalius quidem ex uirtute clauium; quas habent miniſtri; ſecundario autẽ ex ui actuũ pœnitentis.] Hoc autem ob id dicit Di. Thomas quoniam ſacramentum pœnitentiæ, non ſolum in ſacerdotis abſolutione, ſed etiam in confeſſione, & aliis actibus pœnitentis conſiſtit. Vnde ſicut perfectio ſacramenti baptiſmi, non ſolum conſiſtit in uerbis ſacerdotis dicentis, Ego te baptizo, ſed etiam in ablutione aquæ, dicente B. Auguſt. [Accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum.] ita etiam in ſacramento pœnitentiæ, non ſolum peccata remittuntur ex ui abſolutionis ſacerdotis dicentis, Ego te abſoluo, ſed etiam ex ui confeſſionis, & aliorum actuum pœnitentis. Quòd autem per pœnitentiæ ſacramentum culpa deleatur; uerba Concilii toties repetita quæ habenr quòd, per pœnitentiæ ſacramentum pœna æterna unà cum culpa remmittitur; optimè

Vbi ſup.

Seſſ.6.c. 14.

mè oſtendunt.

¶ 2. Et non ſolum pœna æterna, ſed etiam pars pœnæ temporalis, pro qua uel in hac uita, uel in futura, purgatorij igne, ſatisfacere tenetur, per ſacramenti perceptionem remittitur, & præcipuè ob uerecundiam & ruborem, quo pœnitens perfunditur, dicente B. Aug. [Erubeſcentia partem remiſſionis habet.] Huius autem rationē oſtēdit, dicens. [In hoc quòd per ſe ipſum dicit ſacerdotibus, & erubeſcentiā uincit timore Dei offenſi, fit uenia criminis. Multum enim ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ commiſit, nuntio Dei negauit. Laborat enim mens, patiendo erubeſcentiam. Et quoniam uerecundia magna pęna eſt; qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia.] *De pęn. d. 1.*

¶ 3. Nec etiam id ſilentio inuoluendū eſt, quòd per confeſſionem pęnitens humilior redditur; & de cœtero cautior ad cōmittenda peccata efficitur; & præcipuè cum a Cōfeſſario (ut par eſt) debitè de peccati grauitate monetur, quot bonis per peccatum ſpoliatus fuerit; quæ damna incurrerit; & deniquè, quòd ut ait Apoſtolus, *Horrendum eſt incidere in manus Dei.* *Hæb. 10.*

¶ 4. His etiam, quod plurimi faciendum eſt accedit, quòd per ſacramenti ſuſceptionem, ex attrito quis contritus efficitur, ideſt ut habetur ex D. Tho. 4. diſt. 18. q. 1. ar. 3. quęſtiunc. 1. c. ſi aliquis ad gratiam ſuſcipiendam inſufficienter diſponatur; in ipſa confeſſione, & ſacramentali abſolutione fiet diſpoſitus, & gratiam recipiet; ſi

non

non ponat obicem; ſicut in baptiſmo quis recipit gratiam, ſi obicem non ponat. Adeò ut cũ quis peccati dolore mouetur, uel ob peccati turpitudinem, quod ad charitatem pertinet, uel ut ſuperius diximus, metu pœnarum inferni, uel alicuius detrimenti; dummodo iudicio ſuo ſit contritus; ſacramentum recipiens; culpę & pœnæ remiſſionem conſequatur. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. [Quandoque aliqui conſequuntur iuſtificationem in ipſa abſolutione, quam prius non fuerant aſſequuti.] quod certè non parum nobis iucunditatis afferre deberet; cum ut plurimum, magis attriti quàm contriti; quòd tepidiores & negligentiores ſimus, ad illud recipiendum accedamus. Igitur ex conſideratione tam nobilium effectum, quos ſacramentum pœnitentiæ parit; meritò dicere poterimus, quòd per illud, cęli nobis ianua aperitur, quemadmodum etiam per baptiſmum, cum per illud peccatum deleatur; per quod cęlorũ nobis aditus clauditur, dicẽte Christo, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Et ex his, quæ modo diximus, circa effectus, quos in nobis ſacramẽtum pœnitentiæ operatur, & præcipuè circa deletionem culpæ, apparet quòd culpa non remittitur, ſolum per cordis cõtritionem cum ſacramenti uoto, quemadmodum Magiſt. Sent. putauit; ſed etiam quod remittitur per abſolutionẽ ſacerdotis miniſtri Chriſti; qui ſacerdotibus ligandi & ſoluendi; aperiendi regnum cœlorum, & illud claudendi, poteſtatem tribuit dicens, *Quodcumque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum, & in*

Trac. 1. c. 105.

Quol. 4. ar. 10.

Ioan. 20

4. d. 17.

Matt. 18

cęlis

cœlis, & quodcumque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cęlis. Ac ſi dixiſſet, ut ait B. Auguſt. [Ego Deus & oẽs cęleſtis curiæ ordines, & omnes ſancti in gloria mea, laudant uobiſcum & confirmant, quos ligatis & ſoluitis.] Cum ergo hoc ſacramentum, tot nobiles inſigneſque effectus in nobis operetur, merito illius frequentia, cuilibet inculcari debet, & qui alter ſentiunt uel docent: Phariſeorum doctrinam, qui regnum cœlorum claudunt ante homines (ne hæreticorum dicam) diſſeminare uidentur.

De uera & falſa pęn. c.10

¶ *Abſque exteriori confeſſione peccatum remittitur.* *Cap. VI.*

ATtamen, quoniam ignorantia, ſiue error, ut plurimum damnum ac periculum ſecum comites habent, Quemadmodum culpabile eſt a ſacramentorum frequentia homines retrahere, ita quoque eorum neceſſitatem, quando nec tempus, nec ratio requerit, inculcare, certò nec laudabile erit, nec culpa uacabit. Et illiuſmodi eſt (niſi fallor) aſſerere quòd per cordis cõtritioné cum ſacramenti uoto, remiſſio peccatorum haberi non poſſit. Cum, ut interdum accidit: diuerſis ex cauſis, aliquis diſpoſitus eſſe poſſit àd contritionem, qui tamen ad ſacramenti receptionem, uel ob cõfeſſarii defectum, uel quoniam, qualem uellet, nõ inuenit, uel alijs euentibus, non adeò, diſpoſitus erit. Dicimus ergo D. Tho. doctrinæ inhærren-

Quol. 1. ar. 11.

rendo, quòd confiteri ſtatim poſt peccatum, ita ut ſi differat peccet, neceſſe non eſt, etiam ſi adſit copia Confeſſarii, cum id ſit contra rationem præcepti affirmatiui, quod licet obliget ſemper; nõ tamen ad ſemper, ſed pro loco & tempore. Et hoc eſt, quod ait D. Thom. 4. d. 17. q. 3. ar. 1. ad quæſtiun. 4. c. [Et ide nõ oportet, quòd ſi ſtatim oblata opportunitate non confiteatur, etiam ſi maior opportunitas nõ expectetur, aliquis peccet mortaliter, ſed quando ex articulo tẽporis, neceſſitas confeſſionis inducitur. Nec hoc eſt ex indulgentia Eccleſiæ, quòd non teneatur ad ſtatim, ſed ex natura præcepti affirmatiui. Vnde ante eccleſiæ ſtatutum, etiam minus debebatur.] Quod quidem tempus debitum confitendi, uel eſt mortis articulus, uel occaſio recipiendi ſacrum Domini corpus, aut ſacrum ordinem, uel alia huiuſmodi occaſio, qua mortis periculum ſecum afferat. At uerò extra tale tempus, ſatis eſt contritio, cum propoſito tempore debito recipiendi ſacramentum. Immò, ut D. Thom. ibidem ait, Confeſſionem aliquã do differre, meritorium ac laudabile eſſe poſſet; puta ſi quis ob id eam differret, ut prudentiori cõfeſſario, ac magis idoneo peccata ſua confiteretur, uel quòd ſperaret alio tempore magis ſe fore contritum, puta, ſi tempore; quo Eccleſia Dominicę paſſionis myſteria populo Chriſtiano pandit, ſe magis contritum fore putaret, & maiori ſpiritus feruore præuentum. Contritio ergo cum ſacramẽti uoto ſufficit.

Quam-

¶ Quàmuis per contritionem peccata dimittantur, ea tamen conſiteri tenemur. Cap. VII.

BReuiter ſacramenti aliquibus percur-
ſis effectibus, ſuperius etiam obie- *Trac 1.*
ctis ſatisfaciendum eſt. Ad primam *cap. 3.*
igitur illarum obiectionum cum di-
citur, Quòd ſi per contritionem peccata remitte-
rerẽtur, ſequeretur quòd tempore Paſchatis non
teneremur amplius confiteri, cum ob contritio-
nem fuerint peccata remiſſa; reſpõdetur quòd ta-
lis conſequtio negatur. Primum quidem; quoniã
etſi per cordis contritionem culpa remittatur, non
tamen obid a præcepto eccleſiæ abſoluimur.
Deinde, quoniam neſcimus an contritio uera &
legitima fuerit, uel potius attritio tantum; quo-
niam multoties fallimur; arbitrantes nos peccati
odio moueri ob Dei offenſam, quod ad cõtritio-
nem requiritur; qui tamen non niſi pœnarum
metu; uel alia ſimili de cauſa mouemur. Et ſi (ut
inferius dicetur) etiam abſolutione a ſacerdote *cap. 28.*
recepta, certi eſſe non poſſumus; quòd nobis pec-
cata remiſſa ſint, reſpectu noſtræ indiſpoſitionis;
quanto minus ea non accepta, ſed ſolo ſacramẽti
uoto? Dicimus tandem, quòd etiam ſi omnimo-
dam haberemus certitudinem, quòd fuerint pec-
cata remiſſa; confiteri tamen teneremur ob præ-
ceptum eccleſiæ, quæ ſtatuit quòd illi, qui in pec-
cata inciderint, ante Euchariſtiæ ſumptionem cõ-
fiteri teneantur. Verba Concilij Tridentini ſic ha-
bent.

*Seſſ.*13. bent. [Nullus ſibi conſcius peccati mortalis,quã-
*c.*7. tum uis ſibi contritus uideatur; abſque præmiſ-
ſa ſacramentali confeſſione, ad ſacram Euchari-
ſtiam accedere debeat.] Immo, ut pleniſque, & præcipuè Petro de Palude uiro grauiſſimo placet. 4.d. 17.q.1.quæſ. 4. Concluſ. 3. etiam ſi quis certus eſſet peccata, & quo ad culpam, & totam pœnam ſibi fuiſſe remiſſa, nihilominus ea confiteri teneretur. Ratio autem hæc eſt; quoniã cum quis aliquo adſtringitur debito, ſiue alicui ſolutioni tenetur; nunquàm a ſolutione liber efficitur, niſi debito ſoluto. Sic & qui debito confeſſionis tenetur, nunquàm liber ab eo redditur; quouſque cõfiteatur. Quòd ſi tempore Paſchatis ille, cui ob cõtritionem peccata relaxata fuerũt, non cõfiteatur, peccatum mortale incurret; non propter precedentia peccata, quæ ſibi remiſſa fuerunt, dicen-
Rom. 11 te D. Paulo *Sine pœnitentia ſunt dona Dei*; ſed, ut
Vbi ſup. ait D. Tho. quoniam non implet id, ad quod tenetur. Ob hanc etiam cauſam dicere poterimus, quòd non eſt par ratio de eo, qui nullum pœnitus mortale peccatum admiſit, & de eo, cui per cordis contritionem peccata remiſſa ſunt, quoniã ille, qui nunquàm aliquod læthale peccatum admiſit, nec etiam debito ſacramenti ſuſcipiendi, adſtrictus fuit. Vt enim ait D. Tho. 4. d. 17.q.3.ar. 1. quæſtiunc. 3. ad 3. ex illa Decret. cap. [Omnis vtriuſque ſexus.] Iuxta aliquorum placitum, non obligantur niſi illi, qui habent peccata mortalia, quod patet ex hoc, quòd dicit, ꝙ debet omnia peccata confiteri; quod de venialibus intelligi

non

non poteſt; quia nullus omnia confiteri poteſt. Et ſecundũ hoc, etiã ille, qui non habet mortalia, non tenetur ad confeſſionem uenialium; ſed ſufficit ad præceptum Eccleſiæ implendum; ut ſe Sacerdoti repræſentet, & ſe oſtendat, abſque conſcientia mortalis eſſe, & hoc ei pro cõfeſſione reputatur.] Quàmuis certè hoc admodum laudabile non eſſet: tum ut ſe peccatorem, quilibet agnoſcat, & quòd (ut ait D. Pau.) *Omnes peccauerũt, & egent gratia Dei*, tum, ut cum maiori reuerentia, ad ſacrum Domini corpus ſuſcipiendum accedat; tum, vt Eccleſiarum Rectoribus ſui ſubditi innoteſcant; ne lupus inter gregem lateat; tum denique, pro inanis gloriæ vitio euitãdo; ne quod pro humilitate cordis ſeruanda, & gratiarum actione Deo reddenda fieri deberet; (quòd ipſum a læthali culpa immunem ſeruauerit) ſpiritu ſuperbiæ (dum ſe ſacramenti medela egere negat) ſibi auferatur. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. ubi ſupra, ad. 1. [Manet pænitentiæ locus, etiã in illis, qui non mortaliter peccant; & per conſequens, confeſſionis] cũ, ut ex Concilij doctrina habetur; etiam peccata uenialia, effici poſſint ſacramenti pænitẽtiæ materia. Qui autem ob contritionem peccatorum ueniam eſt adeptus, ſacramento ſuſcipiendo adſtringitur, cum non niſi illius uoto, ſibi fuerint peccata remiſſa; quapropter quouſq; ac confiteatur, ſemper illius debito tenetur. *Seſſ. 14. can. 7.*

¶ *Quæ-*

¶ *Quæritur, quid operetur Sacerdos, dum abſoluit contritum.* *Cap. VIII.*

ALteri uerò obiectioni, qua quæritur, quid nam operetur Sacerdos, cum abſoluens contritum dicit, Ego abſoluo te, cum ea non minimi ponderis ſit, etiam ſubtiliori eget diſcuſſione. Ergo, antequàm quæſito reſpondeatur, hoc primum notandũ eſt. Quòd abſoluere a peccato, ſiue per ſacramẽtum pœnitentiæ peccatum remittere, nil aliud eſt, quàm conferre gratiam, per quam peccatum remittitur. Vnde, quando Sacerdos pœnitentem abſoluens dicit, Ego te abſoluo; idem eſt, ac ſi diceret, impendo tibi ſacramentum abſolutionis, cuius uirtute, & gratia, quæ ſimul cum Sacramẽto impertitur, tibi peccata relaxãtur. Et quemadmodum Sacerdos cætera Sacramẽta adminiſtrãs (quantum eſt ex ſe) ſemper gratiam confert: ita quoque dum hoc ſacramentum adminiſtrans dicit, Ego te abſoluo; gratiam confert, cum ſemper gratia ſacramenta comitetur dicente B. Aug. [Virtus Dei, quę per iſta operatur, iugiter manet.] Hoc etiam poſtea aduerti debet; quòd & ſi ſacramẽtum penitentiæ primo & principaliter pro delenda culpa a Chriſto fuerit inſtitutum, quò homo in Dei gratiam & amicitiam reuocetur, dicente Iſaia, *Hic eſt omnis fructus, ut tollatur peccatum*, non tamen eius vis ſiue facultas ad diluendam culpam tantummodo extenditur; ſed etiam, ut in-

Vbi ſup.

Ca. 27.

ut inferius dicetur, ſuper pœnam, nedum æter- *cap.* 12.
nam, quę ſemper ſimul cum culpa remittitur, ve- 15. 16.
rum etiam tẽporalem; licet vt ſupra dictum fuit, *Trac.* 1:
non tota pœna tẽporalis remittatur. His præmiſ- *c.* 97.
ſis dicitur; quòd dum Sacerdos intendens aliquẽ abſoluere dicit, Ego te abſoluo, ſemper quãtum eſt ex ſe, ſeu ex parte ſua, uerè abſoluit, quoniam cum ſacramẽto gratiam cõfert, quæ quidem gratia in hoc ſacramento præcipuè, ut dicetur, pro *cap.* 10.
peccato delendo confertur, dicente Chriſto, *Ac-* *Ioan.* 20
cipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.

¶ *Tripliciter contingit aliquem accedere ad ſacramentum pœnitentiæ. Cap. IX.*

PRo horum autem intelligentia aduertendum eſt; quòd inter accedentes ad ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendum, hæc eſt differentia, Quòd aliqui accedunt contriti: aliqui tantũmodo attriti: aliqui uerò, contritione & attritione carentes, cuiuſmodi ſunt illi, qui tantum ex conſuetudine accedunt, uel qui peccandi propoſitum non excludunt. Quouis autem modo quis accedat, ſemper Sacerdos quantum eſt ex ſui parte, uerè pœnitentem abſoluit, cum Chriſtus ſibi abſoluendi contulerit facultatem. Si enim quis abſque ullo peccati dolore, & abſque propoſito de cætero ab illo abſtinendi, ad ſacramentum pœnitentiæ accedat, dicens, Ego te abſoluo, uerè quantum ex ſe eſt

abſolutionis beneficium & gratiam cōfert, quam tamen ſi non recipit, ipſe cauſa priuationis gratiæ exiſtit; reſpectu malè affecti animi. Hoc autem tali oſtendi poteſt exemplo. Accedit Iudęus fictè ad baptiſmi ſacramentum: puta, animo impietati ac perfidiæ Iudaicæ, hęrens. Dum Sacerdos ipſum baptizando dicit, Ego te baptizo, uerè quantum eſt ex ſe, ipſum baptizat, quoniam habet facultatem baptizandi, conferendi ſibi gratiam, & remiſſionem peccatorū; quàm ſi non recipit, non miniſtri defectu, ſed ob ſuam id accidit culpam. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quęſ. 1. c. [In ipſa confeſſione & abſolutione ſacramentali, gratiam cōſequeretur ſicut in baptiſmo, ſi obicem non poneret.] Et licet in baptiſmo cōferatur plenior remiſſio pœnæ peccatis debitæ, quàm in ſacramento pœnitētiæ; tamen ad remiſſionem culpæ & offenſæ Dei, quæ eſt in peccatis, non minor eſt poteſtas eſt efficacia in hoc ſacramento, quàm in baptiſmo. Si autem pœnitens attritus tantum, putans tamen ſe eſſe contritum, ad

Cap. 5. ſacramentum accedat, ut ſupra D. Tho. authoritate dictum eſt, uerè abſoluitur; quoniam ex attrito fit contritus, & primam gratiam recipit per ſacramenti applicationem, ſiue per Sacerdotis abſolutionem. Et hęc fuit cauſa, cur Magiſter ſent. putauerit, quòd Sacerdos numquàm abſoluit; ſed tantum quòd declarat pœnitentem abſolutum: quia fuerit arbitratus pœnitentes ſemper uel con-

Quol. 4. tritos, uel omni prorſus contritione carentes, ad

ar. 10. ſacramentum accedere, & tamen ut ait D. Tho.

[Aliqui

[Aliqui non perfectè cõtriti; uirtute clauium, gratiam contritionis conſequntur,] quia ut ſupra dictum fuit, authoritate Concilij, obicem non ponunt Spiritui ſancto, & ideo uerè abſoluuntur, & remiſſionem obtinent peccatorum. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quæſtiunc. 1. c. [Si clauis nullo modo ordinaretur ad remiſſionẽ culpæ, ſed pœnæ tantum, ut quidam dicunt, non exigeretur uotum ſuſcipiendi effectum clauium, ad culpæ remiſſionem; ſicut non exigitur uotum ſuſcipiendi alia ſacramenta, quæ non ordinantur contra culpam.] Si autem uerè contritus pœnitens accedat, etiam dicente Sacerdote, Ego te abſoluo, uerè ipſum abſoluit, quoniam copioſius tunc munus gratiæ illi confert: qua quidem gratia, & ſi non deleatur peccatum quo ad culpam, cum ob contritionem ſacramenti uoto, ſibi fuerit relaxata: remittitur tamen, quo ad partem pœnæ temporalis; ut etiam inferius dicetur. Vnde, quemadmodum ſi quis in gratia exiſtens ad baptiſmum accedat, dum Sacerdos dicit, Ego te baptiſo; uerè ipſum baptizat; ueluti Cornelio, de quo in actis Apoſtolorum fit ſermo, creditur accidiſſe; ita quoque ſacerdote abſoluente contritum & dicente, Ego te abſoluo; uerè ipſum abſoluit, & copioſiorem gratiam illi tribuit.

ca.4. *ca. 15.* 16.

¶ *Authoritatibus & rationibus oſtenditur, Quòd Sacerdos, quantum eſt ex ſe, ſemper abſoluit.* C. X.

QVòd autem uerè quantum ex ſe eſt, ſemper Sacerdos abſoluat, id patet uerbis Concilij

toties repetitis, dicẽtis, [Pœna æterna unà cũ culpa, per ſacramentũ remittitur.] Et ut Seſſ. 14. habetur, [Chriſtus è terris aſcẽſurus ad cœlos, Sacerdotes ſui ipſius uicarios reliquit, tamquàm præſides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles inciderint, quò pro poteſtate clauium, remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient.]

ca. 5.

¶ 2. In Decreto quoque Martin. v. ex Columnenſium familia, in confirmatioñe Concilij Conſtantienſis, hæretici declarantur omnes; qui aſſerere auderent, Sacerdotem non uerè, pęnitentem a peccatis abſoluere.

¶ 3. Præt Sacraméta nouæ legis, efficiunt quod figurant; ut aiunt Thologi: id eſt, operantur interius in anima, quod exterius uerbis, ſignis, uel factis oſtendunt. Vnde ſicut Sacerdote dicente, Ego te baptizo, uerè quis baptizatur, niſi obicem ponat, ita quoque eodem dicente, Ego te abſoluo; uerè abſoluitur; cum Chriſtus abſoluendi a peccatis, ſibi facultatem contulerit. Et hoc eſt quod ait D. Tho. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quæſtiunc. 1. c. [Eodem modo ſe habet poteſtas clauium, quę eſt in Sacerdote, ad effectum ſacramenti pœnitentię; ſicut ſe habet uirtus, quæ eſt in aqua baptiſmi, ad effectum baptiſmi. Alibi quoque ait, 4. d. 17. q. 2. artic. 5. quæſtiunc. 1. ad 1. [Formæ ſacramentorum ſunt uerba a nobis prolata; quæ habẽt uirtutem inſtrumentalem gratiam inducẽdi; qua remittuntur peccata.] Et D. Ciprianus ait quòd, [Sacramenta, quantum in ſe eſt, propria uirtute

Ser. in Cæn. Do.

carere

carere non poſſunt; nec ulllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſteriis.]

¶ 4. Adhuc. Si per adminiſtrationem & collationem ſacramenti pœnitentiæ, non haberet Sacerdos facultatem remittendi peccata; confeſſionis præceptum magis oneri, quam utilitati cuilibet eſſet: quoniam ſi peccatorum remiſſio non inde ſperatur, ad quid ſecreta, grauia, & fœda Sacerdoti peccata pandere? Ad hoc forte dicet aliquis; quòd id fit, atque a Lateranenſi Concilio fieri præcipitur, ſemel in anno, ut pœnitens à Sacerdote abſolutus oſtendatur, ut etiam dixit ſent. Magiſter. Verum, cui nam abſolutus debet oſtendi? Non Deo, qui omnia proſpicit, dicente Scriptura, *Omnia videt oculus eius*; Non Eccleſię, quoniam Eccleſia non iudicat de occultis, Non ſibi, quoniam cum ipſum lateat, an contritus ad ſacramētum acceſſerit, necne: ſi per Sacerdotis abſolutionem non poterūt ſibi peccata dimitti, nec ex attrito contritus effici, eadem dubietate, qua acceſſit, recedet, tantum rubore perfuſus; quod certè, ut ſuperius diximus, maxima pœna eſt. Hoc autem pulchrè admodum oſtenditur, uerbis Concilij Trident. dicentis, [Ipſa uerò huiuſmodi confeſſionis difficultas, ac peccati detegendi uerecundia, grauis quidem uideri poſſet; niſi tot, tantiſque commodis & conſolationibus leuaretur; quæ omnibus, dignè accedentibus, per abſolutionem certiſſimè conferuntur.]

Vbi ſup. *Eccl. 23.* *ca. 5.* *Seſſ. 14. c. 5.*

¶ 5. Ad hoc accedit, quòd quemadmodum baptiſmus fuit a Chriſto inſtitutus in remiſſionē

M 3 peccati

peccati originalis, iuxta quod ait Eccleſia, [Originale crimen necans in cruce.] ita & pœnitentię ſacramentum in remiſſionem actualium peccatorum inſtitutum fuit, dicente Chriſto, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Quibus uerbis, ut modo authoritate Cōcilij diximus, Chriſtus inſtituit Sacerdotes præſides ac Iudices, ſuper quælibet peccata, in quæ Chriſti fideles incidiſſent poſt ſuſceptum baptiſmum. Et ut 1. cap. eiuſdem Seſſ. dicitur, [Quo tā inſigni facto, & uerbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliādos fideles poſt baptiſmum lapſos, Apoſtolis & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, uniuerſorum Patrum conſenſus, ſemper intellexit. Sicut ego per baptiſmum, ſemper originale peccatum depellitur, modo quis obicem non ponat; ita & per pænitentiæ ſacramentum peccata actualia remittūtur, ut ſuperius diximus.

Ioan. 10 *Seſſ.* 14. *ca.* 5. *cap.* 8.

¶ 6. His etiam addi poteſt, quod certè cuilibet uidetur admodum memoriæ mandandum; Quòd publica & omnium Chriſtianorum rectè ſentientiam uox, & fides eſſe uidetur, quòd per pœnitentiæ ſacramentum peccata remittuntur, non ſecus ac ſi quilibet Chriſtum, uel Apoſtolorum uocem audiſſet, talem ſibi ueritatem aſſerere.

¶ 7. Hoc autem eo facilius credi poteſt, quòd ſancti Patres noſtri, & præcipuè Criſoſtomus & Ciprianus, hoc nobis ſcriptis ſuis prodidere, quod ſententia ſacerdotis miniſtri Chriſti, Dei ſenten-

tiam

tiam præcedit, certiores nos talibus uerbis reddere uolentes, quòd nemo a Deo peccatorum remiſſioné obtinet, niſi prius a Petro; ſiue a ſacerdotibus (quos, Chiſtus ſuos uicarios & iudices dereliquit) fuerit abſolutus. D. etiam Bernardus in ſermone ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, eandem probans ſententiam dixit, [Sententiam cœli, præcedit ſententia Petri.]

¶ *Quomodo intelligantur dicta Patrum, quòd nullus a Deo abſoluitur, qui prius non fuerit ab Eccleſia abſolutus.* *Cap.* XI.

DIcet uerò quis. Si peccatum non diluitur niſi per ſententiam Petri, ideſt, per ſacerdotis abſolutioné, cur toto hoc ſecundo capite hoc efficere contendimus, ut per cordis cõtritionem ante acceptam a ſacerdote abſolutioné peccati remiſſionem per ſolum ſacramenti uotũ nos percipere poſſe dicamus? Quo etiam iure ait Propheta, *Dixi confitebor, & tu remiſiſti;* ſi ante confeſſionem, peccati remiſſio haberi non poteſt? Iuxta ea, quæ ſuperius dicta ſunt, reſpondetur quòd contritio uera & legitima eſſe non poteſt abſque ſacrementi uoto, dicente D. Thom. quòd propoſitum confitendi eſt annexum contritioni, cuius uirtute ſiue propoſito, ut ex Concilij doctrina habetur, peccata remittuntur. Et hoc eſt quod ait D. Thom. 4. d. 17. q. 3. ar. 5. quæſtiunc. 1. ad 1. [Contritio habet uotum ſacramenti anne-

Dubium

Pſal. 31.

Solutio.

Tract. 1. *ca.* 108.

Seſſ. 1. *c.* 3.

xum; & eo modo liberat a culpa pœnitentes, ſicut deſiderium baptiſmi baptizandos.] Adeò ut nullus dicatur abſolutus a Deo, qui prius non fuerit abſolutus a Petro, ideſt a ſacerdotibus, quoniã nemini Deus per contritionem remittit peccata, niſi habeat uotum ſiue propoſitum recipiendi ſacramentum, cuius Petrus, ſiue Sacerdos eſt minister. Et hac de cauſa, ut infra dicetur, ait D. Tho. quod abſolutio præcedit confeſſionem & contritionem, & D. Bernardus quòd, [Sententia Petri, præcedit ſententiam cœli;] ideſt Dei; quoniam contritio non ex ſe ipſa, ſed ex uoto ſacramenti principaliter in nobis remiſſionem peccatorum operatur. Quoniam igitur ſententia Dei hæc eſt, *Dixi confitebor, & tu remiſiſti; Ite, oſtendite uos ſacerdotibus*, meritò dicitur, quòd nullus a Deo abſoluitur, qui non fuerit a ſacerdote abſolutus, cum per ſacerdotis abſolutionem (ſaltem in uoto habitam) contritus remiſſionem aſſequatur peccatorum.

Cap. 32. *Pſ. 31.* *Luc. 17.*

¶ *Dum ſacerdos abſoluit contritum, aliquid de pœna temporali illi relaxat. Cap. XII.*

Dubium cap. 20.

VErum, quoniam diximus, quòd ſacerdos, quantum ex ſe eſt, ſemper abſoluit; dicet forte quis. Si per contritionem peccatum remiſſum fuit, cum uoto tamen ſacramenti, dicente propheta, *Dixi confitebor, & tu remiſiſti*; a quo ergo abſoluit ſacerdos pœnitentem? Ad hoc ſuperius dictum fuit

Solutio. Ca. 8.

quòd

quòd ſacramentum pœnitentiæ, non fuit tantum modo inſtitutum contra culpam, uerum etiam cō tra peccatorum pœnas, pro quibus remiſſa pœna æterna, uel in hac uita, uel in futura in igne purgatorio, quis ſatisfacere tenetur. Cum ergo quis contritus ad ſacramentum accedit, dum abſol uitur aliquid ſibi de pœna temporali (ut infra dicetur) remittitur. c. 15. 16 17.

¶ *Pœnæ peccatorum in ſacra Scriptura, peccata nocantur.* Cap. XIII.

ET quoniam in ſacris litteris peccatorum pœnæ, peccata uocantur, dicente Dauide poſtquàm culpa adulterij & homicidii fuit ſibi dimiſſa, *Dele iniquitatem meam; amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me.* Pſal. 50 In libris quoque Machabeorum pœnæ peccata nocantur, dicente Scri ptura, *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis, ex orare, ut a pecatis ſoluantur,* ideſt a peccatorum pœnis, & Eccleſia pro animabus in purgatorio exiſtentibus orans, tali eas nomine appellat dicēs [Vt eas a peccatis omnibus exuas] & [remiſſionem cunctorum tribue peccatorum,] Si quis quęrat a quo pœnitentem abſoluat, dum dicit, Ego abſoluo te, poterimus generaliter loquendo dicere, quòd abſoluit a peccatis; quoniam remiſſa culpa & pœna æterna per contritionem, ſuperueniente abſolutione remittitur pars pęnæ, quę exoluenda remanſit, quæ etiam (ut modo dicemus) peccatum uocatur. 2.c.12.

¶ Cur peccatorum pœnæ, peccata uocantur. Cap. XIIII.

OB id autem peccatorum pœnæ in Sacra ſcriptura peccata uocantur; quoniam peccatum non intelligitur plenè ac funditus remiſſum; dum remanet pœna pro peccato exoluenda. Hoc autem, exemplo ex Scriptura de ſumpto, declaratur. Abſalon poſt commiſſum fratricidium, ob culpam correctionem ueritus; ad Auunculum Regem idolatram confugit; per quod receſſus hominis a Deo per culpam deſignatur. Reuertitur tandem in Ieruſalē, a patre Dauide facultate obtenta; per quod hominis in Dei gratiam reuocatio, monſtratur. In admiſſi tamen ſceleris pęnam, ait Dauid;
2.reg.14 *Faciem meam non uideat*. Quoſque ergo paternæ faciei intuitu priuabatur, non pęnitus illi fratricidii peccatum poterat dici dimiſſum. Igitur ante plenam totius pęnæ remiſſionem, peccatum omnino dimiſſum dici non poteſt; cum peccatum utrumque in ſe includat; culpam ſcilicet & pœnam; & ob id peccatorum pęnæ, peccata in ſacra Scriptura uocantur.

¶ Dum contritus abſoluitur, gratiæ augmentum ſibi confertur, & aliquid pęnæ temporalis remittitur. Cap. XV.

CVm ergo quæritur, Quidnam cōferat ſacerdos pęnitenti contrito, dū ipſum abſoluit, Dicitur

citur, quòd dat ſibi augumentũ gratiæ, dicente D. Tho. 4. d. 17. q. 3. ar. 5. quæſtiunc. 1. c. [Adiuncto actu confeſſionis & abſolutionis, gratia augetur] Per quod quidẽ gratiæ, augumentum pars pœnæ temporalis, ut dictum eſt, remittitur. Quemadmodum enim contrito baptiſmum ſuſcipiẽti, per gratiæ augumentum tota pœna remittitur; dicente D. Tho. 3. p. q. 69. ar. 4. ad. 2. [Fit plenior remiſſio, quo ad liberationem a tota pęna] ita quoque contrito dum abſoluitur, per gratiæ augumentũ, plenior pęnæ remiſſio confertur, dicente D. Tho. 4. d. 18. q. 1. art. 3. quæſtiun. 2. c. [Exui clauium ex paſſione Chriſti efficaciam habentium, augetur gratia, & dimittitur pœna temporalis, cuius reatus adhuc remanſerat poſt culpæ remiſsionem, licet non totus, ſicut in baptiſmo; ſed pars eius.] Et hoc eſt quod ait Mag. Sent. [Ipſi ſacerdotes plus poſſunt proficere plus confitentibus parcere.] Ca. 12.

¶ *Per abſolutionem aliquid pęnæ purgatorij remittitur.* *Cap.* X V I.

ET non tantum (ut aliquibus placet) per abſolutionem dimittitur æquiualens pęnæ, quæ a Sacerdote pęnitenti iniungitur, quoniam ſequæreturquòd ſacramenta nouę legis, magis oneri, quàm ſubſidio nobis eſſent: quod eſt contradictum Chriſti; *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, ſi enim per nos ipſos pro æquiualente talis pęnæ ſatisfacere poſſumus orationibus, ieiuniis uel eleemoſinis, ad quid noſtra Matt. 15.

cri-

crimina ſacerdoti propalare? ſed dicimus, quòd etiam effectiuè, ideſt, quòd uirtute clauium per ipſum actum abſolutionis dimittitur pars pœnæ, pro qua in purgatorio aliquis ſatisfacere tenetur: dicente B.Thom.4.d.18.q.1.art.3.quæſtiunc.2.c. [Sed etiã de illa pœna, quæ in purgatorio debetur aliquid dimittitur.] Si igitur reperirentur duo, qui idem commiſiſſent peccati genus, puta adulterium, uel homicidium; & ambo eundem contritionis gradum haberent; Si eorum alter abſolutionem a ſacerdote reciperet, alter uero minimè minus in purgatorio puniretur abſolutus, quàm contritus tantum, ſi uterque eorum, ante ſatisfactionem decederet. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4.d.17.q.3.ar.5.quæſtiun.2.ad.2. [Cõfeſſus & abſolutus minus impurgatorio puniretur, quàm contritus tantum,] & ob hanc pœnæ dimiſsionem, quæ per ſacerdotalem abſolutionem confertur; fit ut magis pro reliquis pœnis ſatisfacere poſsimus, pro quibus uel in hac uita, uel in purgatorio ſatisface re tenemur. Cũ enim purgatorij pœna; ingẽs atrox que admodum ſit, improportionata uiribus noſtris, dum in humanis agimus, eſſe uidetur, cum nihil, quod tali pœnæ æquiparetur, in hac uita ſuf ferre poſsimus. At uero per ſacerdotis abſolutionem tantum de ea dimittitur, quòd æquiualens, ſeu proportionata noſtris uiribus reddi poteſt, adeò ut pro illa, iuxta dictum Chriſti, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, ſatisfacere poſſimus. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4.d.17.q.3. art. 5. quæſtiunc.2.c.[Quæ quidem pœna, eſt importiona-

Luc. 3.

ta uiribus pœnitentis,in hoc mundo uiuentis.Sed per uim clauium intantum diminuitur,quòd proportionata uiribus pęnitentis redditur, ita quòd ſatisfaciendo, ſe in hac uita purgare poteſt.]

¶ Per frequentem peccatorum confeſſionem, etiam a tota pœna temporali,poterit quis liberari.
Cap. XVII.

IMmo ut B.Aug.& D.Tho.placet, aliquis toties poſſet de eiſdem peccatis confiteri,quòd a tota pœna temporali immunis eſſe poſſet;dummodo ex cordis humilitate, & non ut de præterita abſolutione dubitãs id fieret. B. Aug. uerba ſic habent. [Vnde patet,quòd quãto pluribus confitebitur in ſpe ueniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequitur gratiam remiſſionis] D.quoq; Tho. Vbi ſupra ait. [Et ideò quanto pluries de eiſdem peccatis confitetur, tanto magis pœna diminuitur,] quoniam ut ipſe ait 4.d. 18.q.1.art.3. quæſtiunc.2.ad 4. [In ſecunda abſolutione ui clàuiũ de pœna dimittitur, quia in ſecunda abſolutione, gratiæ confertur augumentum.] Et tandem poſtea ſubdit, [Non eſt inconueniens, ſi per frequentem confeſſionem, etiam tota pœna tollatur; adeo quòd peccatum omnino remaneat impunitum.]

De pęn. d.3.

¶ *Ab-*

Abſolutio eſt præcipua pars ſacramenti pęnitentiæ. Cap. XVIII.

HIs accedit, quòd per ſacerdotis abſolutionẽ, per gratiæ augumentum, quod per ipſam tribuitur, ſacramenti effectus plenius & perfectius nobis applicatur, dicente D. Thom. quòd ſacramentum pęnitentiæ. [Conſũmatur in diſpoſitione miniſtri abſoluẽtis] ac ſi diceret, quòd illius perfectio in abſolutione conſiſtit. Et ideò alibi ait d. 17. q. 3. art. 5. quæſtiunc. 1. c. [Pęnitentia, ut ſacramentum eſt, præcipuè in confeſſione perficitur, quia per eam homo miniſtris Eccleſię ſe ſubdit, q ſunt ſacramẽtorum diſpenſatores] Alibi quoque ait [Sacramenta plenius ſacramentalem effectum inducunt, quã do actu exhibentur] Concilii quoque Tridentini Patres efficaciam abſolutionis oſtendere uolentes, dixerunt quòd in ipſa abſolutione. Præcipua ipſius uis poſita eſt.] Immo per pęnitentiam, ut uirtus animi eſt, abſque ſacramenti uoto, ut toties dictum eſt; peccata non remittuntur. Hoc, his uerbis aperuit D. Tho. 3. p. q. 86. ar. 6. c. [Remiſſio culpa eſt effectus pœnitentiæ ſecundum quòd eſt uirtus; principalius tamẽ quatenus eſt ſacramentũ.]

Quol. 4. q. 7. art. 10. c.

Quol. 4. Vbi ſup.

¶ *Per abſolutionem plenior delictorum remiſſio impenditur. Cap. XVIIII.*

ET quàmuis ad ſacramẽti receptionẽ, quis adeò contritus accederet, ut culpa ſimul ac pœna, pro

pro qua ſatisfacere teneretur, careret, ueluti pluribus Deo gratis accidiſſe, ac accidere putandũ eſt, tamen non ob id fruſtra diceret Sacerdos, Ego te abſoluo. Tunc enim cũ augumẽto gratiæ, plenior ſibi abſolutio ſeu remiſſio impenditur; qua pœnitens Deo gratior ac charior redditur; uoluntas ad peccati odium ac deteſtationem uehemẽtius excitatur, peccati ac diaboli operibus, maior reſiſtendi ſibi uis confertur; peccati macula, de qua Scriptura ait, *Sceleris ueſtri macula in uobis remanet*, magis deletur, ac denique conſcientiæ ſtimulis minus perurgetur. Adeò ut uerè poſſe dici uideatur, quòd tunc pœnitenti plenior abſolutio, ſeu plenior peccatorum remiſſio confertur. Hoc autem Caietanus, tom. 1. Tract. 5. de Cõfeſſ. quæſito 4. his expreſſit uerbis. [Ipſa gratia quæ per ſacramẽtalem abſolutionem cõfertur, augumentata, habet rationem magis abſolutorij,] Cuius ratio eſt; quoniam, ut ipſe ait, [Abſolutio ſacramẽtalis non ſolum ſe extẽdit ad culpam & pœnam; ſed ad alia ex peccato actuali incurſa mala. Ita quòd gratia per ſacramentalem abſolutionem ſignificata & collata (quatenus eſt ſacramentalis huius ſacramenti) eo ipſo quòd extẽditur ad amplius ſanandum a morbo actualis, habet rationem magis abſolutorij a peccato, Sicut aqua baptiſmalis, ſi baptizaretur quis, plenè prius conſequtus baptiſmalem gratiam, ex baptiſmo flaminis, eſſet magis ablutiua a peccato, dum a peccati reliquiis magis mundaret. Et ideò, ſicut cuilibet Chriſtiano conuenit orare; *Amplius laua me* Pſal. 50

Ioſue. 22.

Domine

Domine ab iniquitate mea; ita conuenit orare, Amplius ſana me Domine; & Amplius abſolue me Domine.] Ergo quando pænitens, cui totum peccatum quo ad culpam, ac etiam totam pœnam penitus remiſſum eſt, confitetur, & abſolutionem recipit; cum magis a uinculis & peccatorum ligaminibus abſoluatur, & peccatorum reliquiæ debilitentur, ut ait D. Tho. vbi ſupra, meritò dici poterit, quòd maior ac plenior ſibi peccatorum remiſſio conferatur.

¶ *His, quæ hactenus dicta ſunt, obijcitur.* *Cap. XX.*

43. VErum cum Deus dicat per Iſaiam, *Ego ſum qui deleo iniquitates veſtras*, & peccatum non niſi per gratiā deleri poſſit, cuius ſolus Deus author & colla-
Pſal. 83 tor eſt, dicēte Dauide, *Gratiam dabit Dominus*, non uidetur quo pacto Sacerdos poſſit culpas remit-
ca. 8. tere; idem eſt enim, ut ſupra diximus, abſoluere a peccato, & peccatum remittere. Quod uerò pœna per abſolutionem non remittatur, hinc pa-
Seſſ. 6. tere poteſt, quoniam ut habetur ex Concilij do-
c. 14. ctrina, Pro peccatorum pœnis ſatisfaciendum eſt per ieiunia, orationes, eleemoſinas, ac illiuſmodi pia exercitia.

¶ *Diluuntur modo obiecta.* *Cap. XXI.*

VErum, contra hæc, quæ obiecta ſunt, eſt authoritas Chriſti dicētis, *Quorum*
Ioan. 20 *remiſeritis peccata, remittuntur eis.*
ca. 10. Quibus uerbis, ut ſuperius diximus,

Chriſtus

Chriſtus dedit Sacerdotibus uelut vicarijs, & iudicibus poteſtatem abſoluēdi a peccatis. Et quoniam ibidem etiam oſtenſum eſt, Sacerdotem, quantum ex ſe eſt, ſemper peccata remittere; his omiſſis, obiectis reſpondendum eſt.

Quomodo dicatur Sacerdos peccata remittere. *Cap.* XXII.

QVò ergo primæ obiectioni ſatisfiat, Dicimus quòd diuerſimode Deus, Chriſtus ut homo, ſacramenta, & Sacerdos peccata remittunt. Etenim Deus propria uirtute & facultate peccata relaxat, pro ut ſcripturæ authoritate dictum eſt; & obid ait D. Tho. d. 17. q. 2. ar. 5. quæſtiunc. 1. ad. 1. [Solus Deus eſt cauſa efficiens principalis remiſſionis peccati.] Chriſtus ut Deus, eadem propria facultate, dicēte eodem, Magdalenæ, & Paralitico, *Remittuntur tibi peccata;* Chriſti uerò humanitas, ut cauſa meritoria & efficiens, & ueluti inſtrumentum diuinitati coniunctum, Sacramenta, ut cauſæ inſtrumentales gratiæ, ſiue ut ait D. Tho. d. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. c. & 4. c. ut inſtrumenta inanimata. Sacerdos uerò, ut Dei miniſter, adiutor, ac cooperator; ſiue, ut ait D. Tho. ut inſtrumētum animatum; & hoc modo dicitur Sacerdos peccata remittere. Et hoc eſt, quòd ait D. Tho. [Licet homo non poſſit dare gratiam; poteſt tamen dare gratiæ ſacramentum, per quod fit remiſſio peccatorum.] Diſtinct. quoque 18. ubi ſupra ait,

Ca. 20.

Luc. 7. *&* 14.

Opuſ. 22. *d.* 2.

[Solius Dei eſt peccata remittere propria authoritate: hominis autem eſt miniſterium exhibere, dum in perſona Chriſti peccata cõdonat.] Quòd autem Sacerdos tãquàm Dei miniſter, & in perſona Chriſti peccata remittat, oſtendit D. Tho. ex
2. Cor. 2. illa D. Apoſtoli authoritate dicentis, *Ego ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti*. Cum igitur,
Opuſc. ut ait D. Tho. donare peccatum nihil aliud ſit,
Vbi ſup. quàm a peccato abſoluere; dicens D. Paulus, Si quid donaui propter uos, in perſona Chriſti; idem eſt, ac ſi dixiſſet, Abſolui ipſum tamquàm Chriſti miniſter, non ſecus ac ſi ipſum Chriſtus a peccato abſoluiſſet. Remittitur ergo peccatum quo ad culpam per Sacerdotis abſolutionem; per gratiã, quam ex collatione, ſeu applicatione ſacramenti; pœnitenti confert. Cum enim dicit Sacerdos, Ego te abſoluo; ut ait D. Tho. 3. p. q. 84. ar. 3. ad 5, ſenſus uerborum eſt, ſacramentum abſolutionis tibi impendo; qua quidem abſolutione confertur gratia, qua peccata remittuntur.

¶*Pœna pœnitenti remittitur tum ui abſolutionis, tum ui actuum pœnitentis*. Cap. XXIII.

QVòd uerò & quo ad pœnã, peccatum per Sacerdotis abſolutioné remittatur, patet; quoniam ut ſuperius dictũ
ca. 14. fuit, peccatum tam culpam, quàm etiam pœnam importat, ſiue complectitur. Cum
cap. 10. igitur ut dictum eſt, Chriſtus dederit Sacerdotibus facultatem abſoluendi a peccatis; quemad-

modum

modum illis contulit facultatem abſoluēdi à culpa, & etiam a pœna æterna; ita quoque eis poteſtatem remittēdi partem pœnæ temporalis, quod minoris eſt ponderis, largitus eſt.

¶ 2. Adhuc. Chriſtus tradidit Eccleſiæ claues, id eſt, ligandi eſt ſoluendi poteſtatem dicens, *Quæcumque ligaueritis, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ligata & ſoluta in cælis.* Quibus uerbis, ut ſupra diximus, facultatem illis tribuit, ut cognita pœnitentis cauſa, retentionis aut remiſſionis peccatorum, ſententiam pronūcient. Et hoc eſt, quod ait B. Ambroſius, [Dominus parius eſſe uoluit, & ſoluendi & ligandi, qui utrūque pari conditione permiſit,] Sicut ego Sacerdos habet facultatem obligandi pœnitentem ad aliquam pœnam per ſoluendam, ita quoque facultatem habebit eundem ab ea liberandi.

Matt. 18. *ca.* 10.

De pœn. d. 1.

¶ *Sacerdos ſicut ſoluendi, ita quoque ligandi ius habet.* *Cap.* XXIIII.

PRo clariori autem horum doctrina, notandum, ut habetur ex D. Tho. 4. Con. gen. c. 72. quòd actus, quem Sacerdos exercet in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ eſt, ueluti iudicialis, ſiue iudicium quoddam ſalutare, & medicinale, ſiue pœnitentiale, ut Caietanus, tom. 1. Tract. 5. de Confeſ. q. 2. Eo enim iudicat Sacerdos, an pœnitens ſit abſoluendus an non. Ad iudiciariam autem poteſtatem duo requiruntur, ſcilicet authoritas cognoſcendi de culpa, & poteſtas iudicandi,

ſiue poteſtas abſoluendi uel condemnãdi. Et hęc duo, dicuntur duæ claues Eccleſiæ: nimirũ ſcientia diſcernendi, & poteſtas ligandi & ſoluendi: quas Chriſtus commiſit D. Petro dicens, *Tibi dabo claues regni cælorum.* Non autem ſic intelligitur, Petro commiſiſſe, ut ipſe ſolus haberet; ſed ut per eum deriuaretur ad alios; aliter non fuiſſet fidelium ſaluti ſufficienter prouiſum. Et ex hac D. Tho. doctrina, ex parte Sacerdotis habetur, quòd non quilibet Sacerdos, poteſt indifferẽter quemlibet abſoluere a peccatis; cum uſus iuriſdictionis in ſacramento pęnitentiæ, ſit de eſſentia.

Matt. 16.

¶ *Differentia inter ſacramentum pænitentiæ, & reliqua.* *Cap. XXV.*

Dubiũ.

DVbitabit uerò forte quis. Si Epiſcopus non ſibi ſubditum confirmaret, uel ei ſacros ordines conferret; uel ſi Sacerdos non ſubditum baptizaret, Eucharistiam, uel extremam unctionem adminiſtraret, licet tales peccarent & contra iuſtitiam agerent, tenerent tamen ſacramenta ac uera eſſent. Cur ergo non poteſt quilibet Sacerdos, quẽlibet abſoluere, ita quòd, etſi contra iuſtitiã agerent, ſacramentum tamen ſolidum ac uerum eſſet? Ad hoc dicendum eſt; quòd non eſt par ratio de hoc, & de aliis ſacramẽtis: quoniam dum cætera ſacramenta adminiſtrantur, & ſi ea adminiſtrans peccet, & contra iuſtitiam agat; quia tamen ibi eſt uera, & legitima ſacramentorum materia;

Solutio.

puta

puta aqua, Chriſma, Euchariſtia, Oleum ſanctum, uera & ſolida ſunt ſacramenta. Quoniam uerò materia ſacramenti pęnitentiæ, eſt ipſemet pęnitens, ſiue actus pęnitentis, nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio, quæ ſunt pęnitentiæ partes, & tanquàm de eſſentia ſacramenti; ad hoc ut ſacramentum ſit perfectum, & pęnitens abſolutionis capax; requiritur quòd actus illi, ſubmittãtur poteſtati clauium, per quas fit remiſſio peccatorum. Quoniam uerò talis actus iudicialis eſt; qua propter agnoſcenda eſt cauſa, & ferenda ſententia; tales actus non poſſunt ſubmitti, niſi habenti imperium & authoritatem ſuper pęnitenitentem. Talis autem, non poteſt eſſe quilibet Sacerdos; ſed tãtum proprius, ſiue parochus, ut habetur, Cap. Omnis utriuſque ſexus. Ergo ad huius ſacramenti uſum, ac adminiſtrationem, non ſolum ordinis poteſtas exigitur, ſicut in cæteris ſacramentis, uerum etiam & poteſtas iuriſdictionis, qua ligare, & ſoluere poſſit. Quòd ſi aliquem non ſubditũ abſoluat, non ſolum mortaliter peccabit, uerum & ſacramentum nullum erit, nec abſolutio tenebit, cum non habeat ſuper debitam materiam poteſtatem, ſiue iuriſdictionem.

¶ *Sacerdos pœnitenti aliquam iniungere poteſt pænitentiam.* *Cap.* XXVI.

EX parte uerò pœnitentis habetur, quòd cum ſe Sacerdoti, tamquàm iudici ordinario, & Chriſti uicem gerenti ſubiiciat, oportet ut in taxa-

 tione

tione pęnæ, iudicium & ſententiā Sacerdotis expectet. Poſtquam enim pęnitentem abſoluit a culpa & pęna æterna; pro reſiduo, ſiue pro aliqua parte reſidui pęnæ, cuius poſt confeſſionem & abſolutionem pęnitens debitor remanſit; ſua authoritate, & ſub reatu peccati, obligat pęnitentem ad aliquam pęnam, puta orationem, ieiunium, uel eleëmoſinam. Quæ quidem obligationis impletio, ſatisfactio dicitur, per quam homo totaliter a reatu pęnæ liberatur; dum pęnam, quam debuit, exoluit: eaque eſt tertia pęnitentiæ pars. Quapropter meritò inter cæteras confeſſionis conditiones, hæc vna eſt; quòd ſit parere parata.

¶ 2. Quòd autem Sacerdos poteſtatem habeat adſtringendi pęnitenté ad aliquam pęnam, oſtéditur authoritate. B. Leonis dicentis quòd, [Chriſtus hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem; ut confitentibus pęnitentiæ ſatisfactionem darét, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem ſacramentum per ianuam reconciliationis admitterent.]

De pœn. d.1.

¶ 3. Adhuc. Determinatio Concilij Tridentini hæc eſt, [Si quis dixerit claues Eccleſiæ datas tantum ad ſoluendum, & non ad ligandum, anathema ſit.] Adeò ut de fide tenendum modo ſit, quòd Sacerdos poſſit pęnitentem alicui ſatiſfactioni adſtringere.] Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quæſtiunc. 3. c. [Sacerdos, abſoluit a parte pęnæ, & obligat ad aliam partē exoluendam. Soluit a pęna, quam dimittit, & ligat ad pęnam, quæ remanet.] Abſoluere autem Sacerdos

Seſſ. 14. c. 15.

dos dicitur, tum quia a culpa & pęna æterna per abſolutionem liberat; tum quia aliquid de pęna temporali, remittit. Ligare uerò, quoniam pro ſatisfactione reſidui pęnæ, uel ſaltem alicuius partis reſidui; aliquam determinatam pęnam iniungit; puta orationem, ieiunium, eleemoſinam, uel aliquid ſimile. Et licet in communi pęnitens debitor ſit pęnæ perſoluendæ, non tamen adſtringitur ad hanc uel illam, niſi poſtquàm a confeſſario ſibi fuerit iniuncta. Hoc autem Magiſter ſenten. his expreſſit uerbis. [Ligant quoque Sacerdotes, dum ſatisfactionem pęnitentiæ, pęnitentibus imponunt.]

¶ *Pars pœnæ remittitur, etiam ex ui actuum pœnitentis. Cap. XXVII.*

ET non tantum ex ui abſolutionis, pars pœnæ pęnitēti remittitur; uerum etiā, ut D. Th. placet. 4. d. 17. q. 3. ar. 5. queſt. 2. c. ex ui, ſeu ex natura actuū ipſius pęnitentis, puta erubeſcentiæ, humilitatis, obedientiæ, & cęterorum ſimilium actuum; ut etiam ſuperius dictum eſt: Quando autem dicitur, quòd *ca. 5.* ſatisfactio per opera pœnalia fieri debet, Reſpondetur iuxta D. Tho. ſententiam, ubi ſupra, quòd [Confeſsio pœnam habet annexam.] Multi enim reperiuntur, qui potius quàm ſacerdoti peccata propalare, orationibus, ieiuniis, & eleemoſinis ea redimerent, ſi id præſtari poſſet.

¶ Pœnitens, num certus an dubius magis eſſe debeat, quòd uerè fuerit abſolutus. Cap. XXVIII.

Dubitatio. ET quoniam ſuperius diximus, quòd ſacerdos quãtum ex ſe ſemper abſoluit, Dubitabit fortè aliquis, an pœnitens iudicio ſuo contritus ad ſacramentum pœnitentiæ accedens, certus, uel magis dubius poſt acceptam abſolutione eſſe debeat, quòd fuerit ue-

Reſponſ. rè abſolutus? Ad hoc dicitur, quòd quantum eſt ex parte ſacramenti, ſiue ex parte ſacerdotis facultatem habentis remittendi peccata, certus quilibet eſſe poteſt, ſe uerè peccatorum remiſſionẽ fuiſſe aſſequtum, cum Chriſtus, ut diximus, talem

cap. 10. ſacerdotibus contulerit poteſtatem. At uerò ex parte noſtri, ſiue reſpectu noſtræ diſpoſitionis, id nos latere poteſt: & ratio eſt, quoniam ut ait D. Thom. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quæſt. 1. c. [Vſus clauium requirit præparationem ex parte recipientis ſacramentum.] An autem, qualem decet præparationem fecerimus, pluribus euentibus latere id nos

Opuſ. T. poteſt. Qua propter benè Caietanus ait. [Nec ali-

2. q. 11. quis eſt, qui certus ſit, ſe eſſe ſufficienter diſpoſitũ ad gratiam Dei, quæ per abſolutionem conceditur, iuxta illud Iob, *Si ſimplex fuero, hoc ipſum*

10. *ignorabit anima mea*. Et ideò Eccleſia Spiritu ſancto inſpirata, poſt receptam a ſacerdotibus Euchariſtiam in Collecta, hęc habet uerba, [Præſta ut hoc ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam;] & alibi, Prouenire nobis ad iudicium nõ patiaris, quod tuis fidelibus ad remedium prouidiſti.

diſti.] Et ſimilia quàm plurima. Quoniam & ſi Chriſtus uenerabile illud ſacramentum inſtitue rit, pro uenia peccatorum & gratia conſequenda, dicente Eccleſia, [Sacris myſteriis expiati, ueniam conſequamur & pacem.] Pro peccatorum maculis abſtergendis dicens, [Hac oblatione maculas ſcelerũ noſtrorũ abſterge.] Pro uitiis occultis remouendis, dicens. [Et maculas cordis noſtri ex purget.] Pro peccatorum pœnis, diluendis dicens, [Hęc oblatio ab omnibus nos mundet offenſis.] attamen ob recipientis in diſpoſitionem, pleruncq; id multis euenit quod ait D. Paulus, *Iudicium ſibi manducat & bibit;* Et reſpectu noſtræ huius indiſpoſitionis accidit, quòd uerè cognoſcere nõ poſſimus; an peccatorum remiſſionem fuerimus aſſequuti. .i.Cor.11

¶ *Quantum pœnæ remittatur per ſacerdotis abſolutionem, latet. Cap. XXVIIII.*

QVæ uerò determinata quantitas, ſiue qui pœnæ gradus per ſacerdotis abſolutionem remittatur, ſiue, ut dicitur, ex opere operato, neminem, qui de hac re uerba fecerit, uidiſſe ſuccurit. Attamẽ quoniam iuxta gradum & proportionem gratiæ, quã quiſque recipit, uerisſimile quoque eſt, quod & pœnæ diminutio fiat, dicente D. Tho. 4. d. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 2. c. [Augetur gratia, & diminuitur pœna temporalis, licet non tota.] Veriſimile quoque eſt, quòd per abſolutionem conferatur

gratia,ex opere operato , uſque ad certum gradum , ſiue determinatam quantitatem , puta uſque ad decem , uel uiginti gradus gratiæ , & conſequenter quòd totidem pœnæ gradus dimittantur. Dicimus (ex opere operato, ſiue ex ui abſolutionis,quoniam reſpectu operis operantis,puta contritionis , uel feruoris ſpiritus pœnitentis, plus,& minus remitti, credibile eſt,ac etiam,ut ſuperius diximus,contritio adeò uehemens eſſe poterit, quòd tota etiam deleatur pœna . Quæ uerò quantitas,ſiue qui gradus gratiæ ex ui abſolutionis conferatur, & ob id quantum dimittatur pęnæ ; ſolum Deum , qui ſacramentis uim conferendi gratiam tribuit, & per ſacramenta eam hominibus impertitur,ſcire putarem . Quia uero Deus per hoc ſacramentum pœnitentiæ adeò copioſum gratiæ munus pœnitenti impendit,adeòque gratiæ affluens eſt, ut culpam unà cum pęna ęterna remittat ; ueriſimile , & creditu facile eſt , quòd magna pars pœnæ temporalis per abſolutionem remittatur. & ob id iuxta ea , quæ ſuperius diximus ; ſacramenti pęnitentię frequentia, eſt admodum commendanda .

Trac. 1. Ca. 97. *ca. 4.*

¶ *Abſolutione recepta, de gratiæ quoque receptione certiores eſſe poſſumus.* *Cap.* XXX.

ca. 2.

ALteri uerò obiectioni ſuperius habite qua dicitur, Cur Chriſtus inſtituit ſacramentum pęnitentiæ in remiſſionem peccatorum , ſi per contritionem

nem culpa,& pęna æterna deletur ; reſpondetur, quòd Deus abſque ſacramentis ſalutem nobis cõ ferre potuiſſet ; ueluti Abel, Noe, Iob, & aliis feciſſe compertum eſt. His tamen mediis uti uoluit,quo facilius ſalutem aſſequi poſſimus. Etenim cum ſacramenta a paſſione Chriſti efficaciã habeant,dicente D.Paulo, *Quicumq. baptizati ſumus in Chriſto , in morte ipſius baptizati ſumus ;* Rom. 6.
quotieſcumque ſacramẽta, quę in peccatorum remiſſionem pręcipuè inſtituta ſunt,recipimus;paſſionem ac mortem , quam pro peccatis noſtris ſuſtinuit dicente D. Petro, *Chriſtus paſſus eſt pro peccatis noſtris* , ad memoriã , reuocamus , quapropter(niſi ingrati extſtamus , ſummas illi referre tenemur gratias , quod ſicut in remiſſionem originalis peccati , ut ſuperius etiam diximus , inſtituit ſacramentum baptiſmi, ita & in remiſſionem actualium pęnitentiæ inſtituit ſacramentum . 1. 3. c. 10.

¶ 2. Ad hoc accedit,quòd Deus inſtituere uoluit ſacramenta per quę nobis gratia conferretur, ut eam facilius aſſequi ualeremus ; cum enim ex receptione ſacrmenti penitentiæ , ut toties dictum fuit, ex attrito contritus quis efficiatur, dum ſacramentum actu recicipimus , unà cum ſacramento gratiam recipiſſe certiores eſſe poſſimus, cum ut ſupra diximus,Deus ſacramẽta recipientibus(dummodo obicem non ponant) ſemper gratiam largiatur. c. 5. Cap. 4.

Abſque abſolutione ſacerdotis peccata non remittuntur. Cum quis confiteri tenetur, & adeſt copia confeſſarij. Cap. XXXI.

AD authoritates uerò B. Ambroſii & Bedæ ſupra citatas, dicitur quòd nemo remiſſionem peccatorum abſque confeſſione aſſequitur; ſed abſque confeſſione, uel in re, uel in uoto. Hoc autem ita ſe habere, oſtenditur uerbis Concilii dicentis. [Et eorumdem ſacramentalem confeſſionem in re, aut in uoto ſuſcipiendam.]

ca.2.

Seſſ.6.c. 14.

¶ 2. Vel fortè dicere poterimus, quòd abſque confeſſione oris peccatorum remiſſionem non conſequimur, quando adeſt copia confeſſarij, & confiteri tenemur, quemadmodum etiam ſuperius diximus.

ca. 6.

¶ Quomodo intelligatur dictum D. Tho. Quòd confeſſio & abſolutio, ſunt cauſa contritionis. Cap. XXXII.

AT uerò D. Tho. dictum, quòd confeſſio & abſolutio ſunt cauſa contritionis, quomodo ſit intelligendum: ex his, quæ ſupra diximus, iam compertum habetur; nimirum quòd contritio a cõfeſſione, & abſolutione efficaciam habet; cum eius uirtute operetur. Qua propter abſque confeſſionis, & abſolutionis propoſito,

ca. 12.

poſito, uera & legitima eſſe non poterit, dicente D.Tho.4.d.17.q.3.ar.5.quæſtiunc. 1.ad 1. [Contritio habet uotum confeſſionis adiunctum, & ſic liberat a culpa, ſicut deſiderium baptizandi, baptizandos.] Et ut ex Cõcilii doctrina habetur, in abſolutione ſacerdotali, [Præcipua ipſius uis poſita eſt.] Vnde pœnitentia interior, non præcedit pęnitentiam exteriorem, cum eius uirtute operetur, uel prout actu ſuſcipitur, uel prout in propoſito habetur. *Seſſ.* 14. *c.* 3.

¶ *Iterum commendatur frequentia ſacramenti pęnitentiæ. Cap.* XXX*II.*

HVic ergo ſecundo capiti finem impoſiturus, in quo ualidis tum rationibus, tum authoritatibus, & præcipuè Sancti Concilii Tridentini pro uiribus conatus ſum oſtendere, quòd contritio cum uoto ſacramenti peccatorum remiſſionem in nobis operatur, Quod primum monendum occurit; iuxta ea, quæ dicta ſunt, eſt ſacramenti pœnitentiæ frequentiam commedare; cum per illud remiſsionem peccatorum, & regnum cœlorum conſequamur. *ca.* 4. *&* 5.

¶ *Nulla temporis mora neceſſaria eſt ad pœnitentiam. Cap.* XXXIIII.

QVò uerò Phariſeorũ auſteritaté effugiamus, & pietas ac clementia Chriſti dicentis, *Iugum meum* *Matt.* 11

meũ eſt, & onus meum leue; quãta erga nos ſit, pate
cap. 6. fiat, cum ut ſuperius dictum fuit; uarijs euentibus, abſolutionis ſacramentum percipere non ualeamus, hoc etiam eſt aſſerendum, quòd per ueram cordis contritionem ac humilitatem, quando Deum tam pium patrem ex corde nos offendiſſe pœnitebit, dummodo tempore debito, ut di-
cap. 6. ximus, ſacramentum pœnitentiæ recipere paratiſſimus, eius ſolo uoto peccatorum remiſsionem obtinere ualebimus, dicente Spiritu Dei per Eze-
33. chielem, *Impietas impij non nocebit ei, inquocumq;*
De pęni. *die conuerſus fuerit,* adeò quòd breuem & momẽ
d. 3. taneam pęnitentiam Deus non deſpicit. Hoc autem ita eſſe, uel Dauidis exemplo firmari poterit:
2. reg. 12 qui cum in peccati cognitionẽ deueniſſet, quàm primum protulit uerbum illud, *Peccaui*, ſtatim peccatorum remiſsionem adeptus eſt, dicente ſibi Propheta, *Dominus tranſtulit peccatum tuum.*
ca. 9. de Quod quidem Dauidis uerbum B. Ambroſius pō
pęn. derans, ait. [Ad hanc uocem Peccaui; Deus Dauidi crimina concupiſcentiæ, adulterij, & homi
Hom. 40 cidii, ſubitò condonauit.] B. quoque Aug. eandem tr&tans ſententiam, ait. [Hoc uerbum, Peccaui, tres tantum continet ſillabas; & tamen ſtatim ut Dauid hanc uocem triſillabem edidit, ſacrificii eius flamma apud Deum in cęlum aſcendit.] Quòd autem etiam erga nos talem ſe fore Deus paratus ſit, dummodo nos offenſæ uerè & ex corde pęniteat, oſtendit D. Criſoſtomus di-
Ho. 9. de cens. [Non mittitur ad nos Propheta Nathan
pœn. tantum; ſed ipſe Dauid, cæterique Prophetæ, ut

nobis

nobis nuncient, Deum eandem clementiam,cuilibet ſe exhibiturum paratum eſſe.] Et tandem concludit B.Criſoſtomus dicens,[Dic Peccaui,& ſoluiſti peccatum.]

¶ *Non quilibet peccati dolor culpam delet.* *Cap.* XXXV.

NOn tamen ex his colligi uolumus, quodlibet illiuſmodi uerbum, Peccaui, remiſſionem percipere peccatorum: ſed tunc tantum id efficere poſſe, quando uerè & ex corde, quemadmodum fecit Dauid, nos offenſæ pænitet. Magnos fletus ac eiulatus, magnaque ſuſpiria emiſit Eſau, ſummo mærore confectus Anthiocus Dominum precabatur; coram Iudæorum proceribus ſcelus ſuum pandens infœlix Iudas dixit, Peccaui, qui tamen peccatorum ueniam à Deo non promeruerunt. Multi etiam, qui grauioribus adſtringuntur delictis, cuiuſmodi ſunt homicidæ, raptores, ſacrilegi, adulteri, cæteriſque impudicitiis dediti, qui inſtar Publicani ſibi pectora tundunt, cum Dauide dicunt, Peccaui, uelut Magdalena lachrimas aliquando effundunt, magniſque clamoribus Dei miſericordiam implorant, quorum tamen orationes à Deo reiiciuntur, quoniam non uerè & ex corde eos Deum offendiſſe pęnitet; quin potius, ut ſupra diximus ac inferius dicetur, metu tantum mouentur pœnarum, quarum terrore ſi non præmerentur, nec a peccatis ullo

Gen. 27.
2.*Mach.* 5.
Matt. 7.
Luc. 18.
Luc. 7.
Trac. 1: *c.* 11.12.
Trac. 3. *ca.* 35.

pacto ſe cohibere uellent, quapropter illud Eze-
8. chielis in eis uerificatur, *Cum clamauerint uocè magna, non exaudiam eos*. Et de talibus loquens Deus per Ieremiam ſub typo ſynagogæ dicebat.
3. *Non eſt reuerſa præuaricatrix Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio.* Tamquàm ſi dixiſſet. Iccirco eis offenſas remittere nolui, quia fictè eos peccati penitet. Non enim obid, eos peccati dolor incuſſit, quia me offenderunt, & exacerbauerunt, ſed magis quia ob eorum delicta, me ſibi iratum conſpiciunt, ultoremque timent.

¶ *Quòd temporis mora reconciliationem non differat, itcrum oſtenditur.* *Cap.* XXXVI.

QVòd uerò celerrimè per ueram cordis contritionem peccatorum remiſſio habeatur, oſtendit B. Bernardus dicens, [Feſtinanter & ſine ullo interuallo, coniunguntur lachrimæ peccatricis & miſericordia Saluatoris. Quod quidem optimè D. Chriſoſtomus exemplo B. Petri declarat, qui eadem nocte, qua lapſus fuit, etiam delicti ueniam eſt aſſequtus. Horum autem ratio, hæc eſſe poterit; Quoniam duo ad peccatoris conuerſionem requirũtur; Deus uidelicet, cor hominis mouens, & homo per liberum arbitrium diuinæ motioni correſpondens. Hoc autem pulcherrimè B. Aug. Ser.15. de verbis Apoſt. his uerbis oſtendit dicẽs, [Qui fecit te ſine te; non iuſtificabit te ſine te.] B. quoque Bernardus de hominis iuſtificatione

Ser. de Mag.

Hom. 80

ſermonem

ſermonem faciens,ait, [Opus hoc, ſine duobus fieri non poteſt, Vno a quo fit, Altero cui fit, id eſt, abſque auxilio gratiæ, & liberi arbitrij conſenſu.] Et quoniam Deus eſt agens uirtutis infinitæ, nec in infuſione gratiæ mora uel temporis dilatione eget dicente Scriptura, *Facile eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem*, homo quoque diuinæ motioni quàm primum aſſenſum præſtare poteſt, cũ ut ſuperius diximus, nihil tam ſit in poteſtate noſtra quàm cor noſtrorum, & uoluntas ad ſuos actus mora non indigeat; meritò affirmare poterimus, conuerſionem noſtram, temporis mora ac interſtitio differri non poſſe. Hoc tamen eſt hic notandum; quòd talis animi diſpoſitio, ſiue præparatio ad gratiam Dei aſſequendam, aliquando fit paulatim; ueluti in conuerſione mulieris Samaritanæ accidit, quod quidem euenit, cum Deus cor hominis paulatim mouet. Aliquando autem fit ſubito, ut in conuerſione D. Matthei, & D. Pauli contingit. Et id accidit, quando Deus perfectè cor hominis mouet, & hoc eſt, quod ait D. Thom. 1. 2. quæſt. 112. artic. ad 2. [Quandoque perfectè ſtatim mouet ipſum ab bonum, & gratiam recipit dicente Chriſto, *Omnis qui audiuit a Patre, & didicit uenit ad me*. Ac ſi dixiſſet. Quàm primum quis uocem meam audieirt, illiq. obſequens fuerit, ad me ueniet, cum gratia remiſſionem peccatorum ſuſcipiendo, dicente Scriptura quòd, *Facile eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem*, id eſt, impium, quantumuis criminoſum, ſubitò iuſtificare.

Eccl. 11.

Trac. 1. c. 31.

Ioan. 6.

Ecc. 11.

INDEX CAPITVM
Tertii Tractatus.

Cap. 1. *Superius dictorum ueritas, aſſirmatur.*

2. *Quædam contra prædicta obyciuntur.*

3. *Refertur opinio tenentium, quòd ſumma doloris uis ad contritionis perfectionem requiratur. Quidque ſit intenſio & continuatio, doloris oſtenditur.*

4. *Aliorum recitatur opinio, quòd ad contritionis perfectionem, continuatio quædam requiratur.*

5. *Duplex peccati dolor, ſenſitiuus, & intellectiuus.*

6. *Dolor ſenſitiuus, non eſt neceſſarius, ſed dolor intellectiuus ad perfectionem contritionis requiritur.*

7. *Quomodo intelligatur dictum illud Doctorum, Quòd peccati dolor, debet eſſe maximus, qui poteſt eſſe per naturam.*

8. *Verè pœnitentem; aliquali ſenſibili dolore præmi, oſtenditur.*

9. *Non eſt paruum contritionis ſignum, cum quis uerè dolet, quòd non ut uellet, peccati dolore afficitur.*

10. *Cur magis externis malis, quàm peccati dolore premamur.*

11. *Comparationes inter peccatum, & alia mala incurrenda, non facienda.*

12. *An uerè contritus inferni pœnas, potius quàm pec-*

peccare, eligere debeat.

13. *Comparationes inter peccatum, & reliqua damna, periculoſæ.*

14. *Generalis omnium peccatorum contritio, quomodo ſufficit ad gratiæ receptionem.*

15. *Contritio ſpecialis omnium mortalium, quando ſit neceſſaria.*

16. *Verè contritus, totum cor Deo offert.*

17. *Dolor tum interior, tum etiam exterior, quem contritus (ſi id efficere poſſet) concipere deberet.*

18. *Dolor exterior, & ſi utilis, non tamen neceſſarius eſt.*

19. *Sanctorum Patrum authoritates, quæ difficilem pœnitentiam reddere uidentur, quomodo ſint intelligendæ.*

20. *Etſi Deus culpas relaxet, attamen pœnas multoties non uult ignoſcere.*

21. *Peccata contra Deum, grauiora ſunt peccatis, quæ contra proximum committuntur.*

22. *Penitentiam Eſau, cur Deus reiecerit.*

23. *Deus pleriſque peccata non remittit, quoniam alicuius peccati complacentiam reſeruant.*

24. *Multi peccatorum remiſſionem petentes, non obtinent, quòd oblatæ gratiæ pluries reſtiterint.*

25. *Peccati Iudæ & D. Petri comparatio.*

26. *Iudas non minus quàm D. Petrus in peccati cognitionem deuenit.*

17. *Peccati cognitio, abſque fide, & ſpe ueniæ non*

ſufficit ad ſalutem.

28. *Cur D. Petro & non Iudæ, Chriſtus auxilium porrexit.*

29. *Quòd meritò Iudas, a Chriſto fuit deſtitutus.*

30. *In peccati pęnam, Deus impios gratia deſtituit.*

31. *Iudæorum pontifices, cur non pœnis ueluti Iudas a Chriſto affecti.*

32. *In pœnam peccati, plerique ſacramentis carent.*

33. *Cur culpandi ſint Iudas, cæterique peccatores ſi gratiam non recipiant.*

34. *Deus eſt cauſa ſalutis, liberum arbitrium damnationis.*

35. *Nec diffidendum, nec admodum de clementia Dei præſumendum.*

TRA-

TRACTATVS TERTIVS.

In hoc poſtremo tractatu agitur, De quantitate, ſiue perfectione contritionis; ubi oſtenditur, quòd ad eius integritatem non requiritur dolor ſenſitiuus, ſiue externus.

Superius dictorum ueritas affirmatur. Caput I.

SAcroſancti Oecumenici Concilii Tridentini doctrina, Quòd per cordis humilitatem ac contritionem cum uoto recipiendi ſacramentum pœnitentiæ, ſaltem tempore ab Eccleſia ſtatuto, peccata nobis a Deo relaxantur, per ea: quæ ſuperiori capite dicta ſunt, adeò ſolida ac firma eſſe uidetur, ut a nemine in dubiũ reuocari poſſe uideatur. Cum enim ſacramentum pœnitentiæ perindè ac baptiſmus, contra culpam a Chriſto fuerit inſtitutum; hocque inter hæc duo, & reliqua ſacramenta diſcrimen ſit, quòd cum ſint ſacramenta neceſſitatis, per utriuſque ſacramenti uotum, effectus ſacramenti conferatur: quemadmodum per uotum baptiſmi (quod quidem uotum, baptiſmus flaminis appellatur) in Dei gratiam & amicitiam homo reuocatur; ita quoque per ſacra

menti pœnitentiæ uotum, culpa deletur, & peccatorum remiſſionem conſequitur. Et ſicut per baptiſmi uotum, quandocumque uerum, & perfectum fuerit; ſtatim, & abſque temporis mora, a peccato tum originali, tum actuali, per gratiam, quam conſequitur; immunis. & liber efficitur, ita

Tract. 2. cap. 11. quoque & per contritionem (quæ ut ſuperius diximus, uera; & perfecta eſſe non poteſt, abſque ſacramenti pęnitentiæ uoto) ſtatim, & abſque ulla tẽporis mora, & culpæ, & pęnæ æternæ remiſſionem conſequitur. Et huius doctrinæ firmandæ

Tract. 1. c. 3. gratia præſentis operis conficiendi (vt ſuperius diximus aſſumptum eſt onus.

¶ *Aliqua contra prædicta obijciuntur.* Cap. II.

VErum a Deo ingens doloris uis, ſiue intenſio, tantaque temporis continuatio, ſeu prolixitas (dicet quis) ad eius perfectionem exigitur, ut non ab re ab aliquibus aſſertum uideatur, quòd abſq;

Trac. 2. Ca. 5. ſacerdotis abſolutione, per quàm, vt ſuperius diximus, ex attrito quis contritus efficitur, peccatorum remiſſio obtineri nequaquàmque poſſit.

¶ Hoc autem ita ſe habere, oſtẽditur uerbis Scripturæ dicentis, *Luctum unigeniti fac tibi*. Quæ uerba pertractans Gloſa ait, [Nihil doloroſius; uel dolentius, quàm unigenitum uel ſolum perdere filium; & quis quæſo eſt, qui ita ob Dei offenſam doleat, eaſque fundat lachrimas; quas patres & matres pro unigeniti morte effundere ſolent?

Immò, quis nos maiori dolore afficitur, ob leuem alicuius membri lęſionem; uel (ut ita dicamus) rei temporalis iacturam?

¶ Præt. 2. Habent doctores ſcolaſtici, quòd ad perfectionem contritionis, omnium mortalium peccatorũ requiratur particularis cõtritio. Vnde & D. Th. inter cæteros ait. 3. p. q. 87. ar. 1. c. [Diligẽtiã adhibeat ad rememoràda ſingula, ut ſingula deteſtetur.] Hoc autem, abſque temporis mora ac protractione, non uidetur poſſe effici; Non ergo uidetur quòd ſufficiat uox ill *Peccaui;* nec breue illud temporis ſpatium, ſiue momentaneum, quod per uerba illa exprimitur, *In quacumque hora ingemuerit peccator, non recordabor,* ut ſuperius diximus. *Trac. 2. c. 34. 36*

¶ Adhuc 3. Promittens inſuper Moyſes miſericordiam populo Dei ſemper affuturam, dixit, *Si tamen ex toto corde reuerſus fueris ad Deum, & tota tribulatione animæ tuæ.* Quæ quidem abſque ſummo doloris conatu, ſummaque intenſione effici poſſe, non uidetur. *Deute. 4.*

¶ Adhuc 4. Vocans Deus per Iohelem Prophetã peccatores ad penitentiam ait, *Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda ueſtra.* Qui quidem pœnitentiæ actus, tum doloris intentionem, tum etiam temporis moram, ſeu continuationem expoſcere uidẽtur. Per planctum etenim & cordis ſciſſionem, doloris acerbitas ſeu intenſio; per ieiunium uerò, eius continuatio deſignari uidetur. *Iohel. 2.*

¶ Pręt 5. Quòd autem maxima requiratur doloris intenſio, patet uerbis B. Ambroſii dicen- *Ad uirg. lapſam.*

tis, [Grandi plagę, grandi, & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus, grandem & neceſſariam habet ſatisfactionem.] Beatus quoque Bernardus eandem probās ſententiam, ait, [Tunc peccata dimittuntur, quando cum lachrimis ad memoriam reuocantur.] Quibus, & ſimilibus ſanctorum Patrum dictis, utrumque ad peccatorum remiſſionem exigi uidetur, nimirum doloris intenſio, & temporis mora.

¶ Præt. 6. Quòd autem difficile admodum ſit, poſſe Deo per pœnitentiam reconciliari, uerba ſacerdotis Heli filios alloquentis, ſimulque increpantis, id palam facere uidentur. Increpans namquę eos, quòd Dei populo ſcandalo forent,
1. reg. 2. dixit, *Si peccauerit uir in uirum, ſacerdos orabit pro eo, Si autem in Deum, quis orabit pro eo*: ac ſi dixiſſet, nemo id facere præſumet. Et quoniã (ut ſupe
Trac.t 1. rius dictum eſt) Deus peccato offenditur, diffici-
c.110. le quoque admodum uidetur, in Dei gratiam ac amicitiam, per pœnitentiam poſſe reuocari.

Iſa. 1. ¶ 7. Dominus quoque Iudaici populi ſcelera deteſtans, per Iſaiam Prophetam dicebat, *Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam*; & Ieremiæ oranti pro populo Ieroſolimitano, dictũ fuit
11. *Noli orare pro populo hoc, quoniam, non exaudiam te.*
8. Per Ezechielem quoque Prophetam dixit, *Cum clamauerint uoce magna, non exaudiam eos*; & per Zachariam ſcelera populi execratus dicebat, *Cla-*
7. *maui & non audierunt, ipſi quoque clamabunt, &*
Heb. 12. *ego non exaudiam*. D. quoque Paulus de Eſau uerba faciens, dixit quòd, *Cum lachrimis quæſiuit pœniten-*

nitentiæ locum, & non inuenit, & de rege Anthioco Scriptura loquens, ait, *Orabat ſceleſtus ille* *Dominum, a quo non eſſet miſericordiam conſequturus*. Ex quibus, & ſimilibus ſacræ Scripturæ authoritatibus colligi poſſe uidetur; quàm ſit diffici le, Deum peccatis offenſum, poſſe reconciliari: & ob id; quod maxima exigitur, tum doloris intenſio; tum eiuſdem diuturnitas, ac prolixitas. *2.Mach. 2.*

¶ 8. Hæc, quæ hactenus diximus, uerbis Concilij Trident. firmari poſſe uidentur. Eius ſic habent uerba. [Si quis conſiderauerit illos ſanctorum clamores, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci; Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ*, & alios huiuſmodi gemitus; intelliget eos ex uehementi quadam ante actæ uitæ habitæ, & ingenti peccatorum dolore emanaſſe.] Ex quibus profecto uerbis haberi uidetur, quòd maxima doloris uis, maximaque utriuſque hominis intenſio ad Dei miſericordiam impetrandam, requiratur. *Seſſ. 14. c.4.* *Pſal. 50.* *Pſal. 6.* *Iſa. 36.*

¶ Dum refertur opinio tenentium quòd ſumma doloris intenſio ad perfectionem contritionis requiritur: quid etiam ſit doloris intenſio ac continuatio oſtenditur. Cap. III.

PRiuſquàm prædictis obiectionibus ſatis fiat, aduertendum quòd ſicut locus hic maximi ponderis eſt, ita quoq; diligēter perſcrutandus, ac inueſtigan-

uestigandus eſt; ne ſi facilior aut difficilior debito reddatur; etiam contritionis perfectio, uel admodum facilis, uel ferè impoſſibilis putetur; quorum utrumque periculoſum admodum eſt. Et quoniam, Quidam dixerũt, quòd ad perfectionẽ contritionis ſummus requiritur conatus, ac ſumma doloris uehementia, Alij etiam, quòd temporis continuatio requiratur, quo hæc facilius intelligantur, hoc exemplo, quid ſit doloris intenſio, quidue eiuſdem continuatio, oſtendetur. Eſt febricitans, qui ſummo capitis dolore grauatur, qui quidem dolor durante febre, nullam remiſſionem patitur. Quòd dolor ſit grauis, id intenſio uocatur; quòd autem durante febre, duret & dolor; id doloris continuatio nuncupatur. Cùm ergo quis peccati ſeruitute, ac Dei offenſa perſpecta, ſe ad uitæ correctionem diſponit, & conteri incipit, qui actus à D. Tho. 4. d. 17. q. 2. ar. 2. quæſtiunc. 6. c. uocantur principium contritionis dicens, [Dico principium contritionis cogitationem, qua quis de peccato cogitat & dolet; & ſi non dolore contritionis, ſaltem dolore attritionis,] Dicunt aliqui, quòd talis peccati dolor, non poteſt eſſe perfectus, nec ad contritionis menſuram ſiue terminum peruenire; niſi ſit admodum intenſus; ideſt, niſi quis totum ſuum conatum, totaſque uires ad id adhibeat, ut de peccato doleat. Quod ſi non faciat, licet doleat de peccato, quatenus eſt offenſa Dei, numquàm (ut aiunt) ad contritionis perfectionem peruenire ualebit.

¶ *Alio-*

¶ *Aliorum recitatur opinio, quòd ad contritionis perfectionem, continuatio quædam requiratur.* Cap. IIII.

ALij uerò, quàmuis tantam doloris intenſionem ad contritionis perfectionem requiriri non arbitrẽtur; doloris tamen continuationem neceſſariam aſſerunt; id eſt, quòd dolor de peccatis, qui contritionem præcedit, per aliquod temporis ſpatium protrahi, ac continuari debeat; alioquin (ut dicunt) contritio legitima ſeu perfecta eſſe non poterit. At uerò, quanta eſſe debeat illius doloris continuatio, Solus Deus, ut dicunt, ſcit. Et quoniam ſuperius oſtenſum eſt, quòd abſque tẽporis mora, ac protractione, peccatorum remiſſio per cordis contritionem impenditur, in re tam aperta tempus terere, ſuperfluum puto; præcipuè cum uiris egregiæ authoritatis placeat, fieri poſſe: ut quis per vnius anni ſpatium, puta ab abſolutione recepta tempore Paſchatis, uſque ad aliam eodem tempore ſuſceptam, centies mortaliter deliquerit, qui tamen nec per totum diem integrum, uel forte (ut aiunt) uix quatuor horis ſine gratia manſerit; eo quòd quàm primum ut deliquit, pænituit. Quapropter ſalubris, ſanctique Conſilij res eſt, curare ut poſt admiſſum peccatum, quàm celerrimè eius nos pœniteat.

Trac. 2. ca. 34. 36.

Nauar. de Cont. c. 33.

¶ Duplex

¶ *Duplex peccati dolor, ſenſitiuus, & intellectiuus. Cap. V.*

AN autem ad peccati dolorem, qui contritionẽ præcedit; ſumma requiratur intenſio; maximuſque conatus, id maiorem affert difficultatem. Quidam enim (occaſione fortè ſumpta ex authoritatibus
Ca. 2. ſacræ Scripturæ ſuperius citatis) ſummam doloris uim, ac intenſionem ad eius perfectionem requiri putant. Alij uerò (& ſi admodum ſalubris eſſet, ut dicunt) minimè tamen neceſſariam iudicant.
Trac. 2. ca. 2. Quoniam, cum, ut ſupra dictum fuit, Deus pronior ſit ad miſericordiam, quàm ad uindictam; ſicut per quamlibet auerſionem mentis à Deo, licet non ſit adeò intenſa, ſed tantum deliberata, homo Dei gratia priuatur, ita quoq; & per quãlibet conuerſionem eiuſdem, dummodo ſit de peccato, quatenus eſt offenſa Dei, eandem recuperare poterit. Pro huius ergo loci tam difficilis explicatione, iuxta D.Tho. doctrinam 4.d.17.q. 2.ar.1.quæſt.2.ad 1. dicimus, quòd duplex reperitur doloris genus; quorum alter diſplicentia uoluntatis; ſeu dolor intellectiuus nuncupatur; alter uerò, ſenſitiuus ſiue exterior, dicitur. Dolor qui eſt in parte ſenſitiua, qui paſſio quædam eſt, non eſt eſſentialiter contritio, prout eſt actus uirtutis, ſed magis effectus ipſius. Dolor autem, qui eſt in uoluntate, qui nihil aliud eſt, quàm diſplicentia alicuius mali, ad rationem contritionis eſ-

ſentialiter ſpectat, & eſt actus pœnitentiæ uirtutis. Quid autem ſit dolor intellectiuus, quidue ſenſitiuus, hoc pandemus exemplo. Pœna, qua tempore paſſionis ſuæ Chriſtus afficiebatur, dum manibus ac pedibus clauis cruci affixus erat, dolor ſenſitiuus, ſiue exterior erat. Pœna autem, qua intus cor eius præmebatur, cum ſe ab illis crucifigi cerneret, pro quorum ſalute in mundum à Patre miſſus fuerat, & pro quibus ſanguinem fundebat; dolor interior, ſiue intellectiuus dici poterat. Quàm autem acriter intellectiuus dolor mẽtem affligat, ac excruciet; optimè perpẽdi poteſt, pulcherrimis Philippi Cancellarij Pariſienſis uerſibus, qui cum doloris tam interni quàm externi, quo Chriſtus angebatur uerba faceret, lepidè ad modum dixit,

Vide homo, quid pro te patior,
Ad te clamo, qui pro te morior.
Vide pœnas, quibus aſſicior,
Vide clauos, quibus confodior.
Cum ſit tantus dolor exterior,
Nullus tamen dolor amarior,
Dum ingratum, te ſic experior.

Quibus profectò uerbis dolorem intellectiuũ ſiue internũ, ſenſitiuo, ſiue externo præferre uidetur. Qui uxorum pudicitiam ſuſpectam habuerint, ſeu aliquid, ut honori uel famæ nociuum appræhenderint; quanti referat internus ille dolor, optimè experiuntur.

¶ *Dolor*

¶Dolor ſenſitiuus neceſſarius non eſt, ſed dolor intellectiuus ad perfectionem contritionis requiritur. Cap. VI.

DOlor ergo, qui eſt in parte ſenſitiua, qui paſſio quædã eſt, ut ait D. Tho. vbi ſupra, non eſt eſſentialiter contritio, pro ut eſt actus uirtutis, ſed magis effectus ipſius. Dolor autem, qui eſt in uoluntate, qui nihil aliud eſt quàm diſplicentia alicuius mali, ad rationem contritionis eſſentialiter pertinet, & eſt actus pænitentiæ uirtutis. Dicimus ergo, quòd ad contritionis perfectionem, non requiritur dolor ſenſitiuus ac externus, ueluti lachrimas fundere, & id generis ſimilia, cum id noſtræ facultatis non ſit, ut experientia teſte probamus; ſed benè dolor intellectiuus, qui nihil aliud eſt, quàm diſplicentia peccati, ad eam requiritur; cum eſſentia contritionis in eo cõſiſtat.

¶ Quomodo intelligatur dictum Doctorum, quòd peccati dolor debet eſſe maximus, qui poteſt eſſe per naturam. Cap. VII.

TAlis autẽ uoluntatis diſplicentia, quæ contritionem præcedit: ad hoc, ut ad rationem contritionis ſufficiat, adeò magna, ut Doctores docent, eſſe debet; quòd omnes debet excellere ac ſuperare dolores; ſiue quòd præponderare debet odio

omnium

omnium aliorum malorũ cum ſit de maiori malo, id eſt de commiſſione peccati, & de amiſſione maioris boni, ſcilicet gratiæ Dei. Quod quemadmodum fieri poſſit, exemplo ſumpto ab amore Dei, de quo ſcriptum eſt, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, declarari poterit. Quemadmodum enim amor Dei dicitur eſſe ſummus ac maximus, cum quis erga Deum ſic eſt affectus; quòd pro nullo bono conſequendo, uel malo uitando, uellet Deum offendere, dicente Chriſto, *Qui non amat me pluſquàm Patrem aut Matrem, aut uxorem aut filios, non eſt me dignus*; ita quoque dolor peccati tunc dicitur eſſe ſummus, uel maximus, quando pro nullo (ut diximus) uel bono conſequendo, uel malo euitando, peccatum cõmittere uoluiſſet, uel in poſterum uellet. Et quãdo peccati dolor ad talem terminum ſeu menſuram peruenit; tunc dicitur pœnitens odire peccatum ſupra omne odibile; & quòd talis dolor omnes excellit dolores; cum nihil ſit, quod pœnitens magis horreat, quàm peccatum; quo a Dei amicitia, ac familiaritate arcetur, ac ſeparatur. Cum uerò pœnitens eſt ita diſpoſitus: etiam ſi talis uoluntatis diſplicentia, non adeò magna uehemenſque ſit, nihilominus tamen ad rationem ſeu perfectionem contritionis peruenire poterit. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. 4. d. 17. q. 2. art. 5. quæſt, 3. c. [Quòd quantumcumque paruus ſit dolor, dummodò ad rationem contritionis ſufficiat, omnem culpam delet.] Ratio autem ſeu Perfectio contritionis in hoc conſiſtere uidetur,

Deut. 30
Matt. 10.

quòd

quòd homo doleat de peccato; quatenus eſt offenſa, ac iniuria Dei, & quòd peccatum deteſtetur, ut modo diximus ſupra omne odibile. Et quàmuis talis dolor in genere doloris ſpiritualis in contritione paruus uideatur, reſpectu tamen aliorum dolorum maximus eſt, quoniam pœnitens plus Dei offenſam, quàm quæuis alia mala horret, ac deteſtatur.

¶Verè pœnitentem, aliquali ſenſibili etiam dolore præmi, veriſimile eſt. *Cap. VIII.*

ET quoniam pœnitere, grammaticis ſignificat diſplicere, quod ante placuit, non ſine interno animi dolore, & pœnitentia quam dat Deus, non conſiſtit in intellectu, nec in cognitione ueritatis, ſed ad uoluntatem & affectum ſe extendit, cum ſuperior pars animæ intensè mouetur in aliquid, ex quadam redundantia, ſeu refluentia, etiã pars inferior ſeu ſenſitiua ſequitur motum eius; cum lætari, triſtari & huiuſmodi ſint coniuncti, ſiue hominis paſſiones, fit, ut illiuſmodi paſſiones ſibi inuicem communicent. Vnde quemadmodum homo interior, exterioris hominis paſſionibus afficitur: cum (ut experimur) ex leſione alicuius membri, etiam mens mœrore cõficiatur; ita quoque homo exterior, interioris hominis paſſionibus ac affectionibus angitur ac premitur, dicente Scriptura, *Animus gaudens ætatem floridam facit, & ſpirtus triſtis exiccat oſſa,* Qua propter difficile Prou.17.

captu

captu eſt, quòd quis uerè doleat de peccato, quatenus eſt Dei iniuria, & quòd etiam pars ſenſitiua aliquali dolore non moueatur; cum diſplicentia dolorem cauſet, in eo ſaltem, qui eſt doloris ſuſceptiuus. Hoc autem ita eſſe, ut dicimus, ſic ſuaderi poteſt; quoniam dolor peccati non in ſolo diſcurſu intellectus ſiſtere debet, uidelicet ut homo iudicet dolendum eſſe de peccato, cum eo Deo offenſus ſit: Verum & hoc requiritur, quòd uoluntas, quæ ſibi ab intellectu offeruntur, excipiens, eaque approbãs; uerè de peccato doleat, & quòd ita doleat, ut magis quàm Deum offendiſſe, quamlibet pœnam, etiam inferni (ſi id menti ſucurreret,) incurriſſe uellet. Et qui non ſic eſt affectus, non uerè de peccatis dolet, & nedum contritus, uerum nec etiam attritus cenſendus eſt. Et quàmuis, ut infra dicetur, ad inſignem quandam uitæ nouitatem aſſequendam, uehemens ac intenſa, utriuſque hominis diſplicentia exigatur, *Ca.* 17.
quia tamen externus dolor, ut dicetur, neceſſariò ad contritionem non requiritur, nec noſtræ *ca.* 18.
ſubeſt facultati; dolor quoque internus, etſi remiſſus ſit, dummodo ad rationem contritionis perueniat, ad deletionem culpæ ſufficiat: contritio tamen uera & efficax eſſe poterit, abſq; utriuſque doloris uehementia ac intenſione, cum non admodum facile his, quæ a ſenſu remota ſunt, moueri quiſpiam poſſit.

¶ Non eſt paruum contritionis indicium, cum quis uerè dolet, quòd ut uellet, peccati dolore non præmitur. Cap. IX.

QVapropter prudentes ac diſcreti Cōfeſſarij, dummodo aliqua uel leuia ſigna contritionis in pœnitente conſpiciant; abſolutionē illi impendere non recuſant: nec certè recuſare debent. Quod
Quol. 4. art. 10. ut ait, B. Thomas, facere non deberent, ſi nullum contritionis ſignum in pœnitente uiderent. Per quod oſtenditur, quòd non requiratur tanta doloris intenſio. Immò, ut uiris grauiſſimis placet, prudens Confeſſarius hoc pœnitentem interrogare debet, An uerè & ex corde peccati doleat. Et quàmuis pœnitentis iudicio etiam, dolor tenuis paruuſque ſit, interroget an uellet magis & efficacius dolere; & an ſibi diſpliceat, quòd ut uellet, peccati dolore non præmitur. Et quando alicui diſplicet, quòd uerè & efficaciter peccati dolore non afficitur; uel id ſignum eſt, quòd ſit cōtritus; uel ſaltem ita attritus, ut ſibi ſacramentum abſolutionis negari non debeat; dicente Propheta,
Pſ. 118. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.* Et hæc Petri de Palude doctrina 4.d.17.q.1.ar.5. non paruam nobis conſolationem deberet afferre; cum dolor non habitæ, ſeu non agnitæ ſaltem contritionis, cum deſiderio tamen habēdi ipſam; ad ſacramēti receptionem nos aptos efficere poſſit, ita ſcilicet, ut poſſimus a Confeſſario abſolui,

& a

& a Deo media ſacerdotali abſolutione, peccatorum ueniã obtinere. Et quando pœnitens adeò peccati dolet; quòd magis mortem, quàm Dei offenſam incurriſſe uellet; nec id eſt paruum contritionis indicium. *Nauar. 22.*

¶ *Cur magis externis malis, quàm peccati dolore premimur.* Cap. X.

OStenſo, quòd ad perfectionem contritionis nec doloris intenſio, nec temporis mora neceſſaria ſit, quò ſuperioribus obiectionibus ſingillatim *cap. 2. arg. 1.* ſatisfiat, ad primam illarum dicimus, Quòd ſi grauitas offenſæ Dei, & mala, quæ peccando incurrimus; ut par eſſet, ponderarentur, meritò cuilibet peccatori dici poſſe uideretur, *Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum.* *Hier. 6.* Quid enim Dei offenſa amarius excogitari poteſt; cum ea ſolummodo, & cœleſti fœlicitate priuemur, & æternis mereamur deputari ſuppliciis? Attamen, quoniã ut ait Propheta, *Potum nobis dabis in lachrimis in menſura;* *Pſal. 79* quàmuis dolor peccati, quem nobis ſua pietate largitur, dicente Scriptura, *Dedit eis ſpiritum compunctionis,* *Rom. 11* ſatis ſit ad delendam culpam, non tamen ab oculis lachrimas ſemper extrahere ualet. Præterquàm, quòd (ut ſuperius diximus) *ca. 6.* talis dolor neceſſarius non eſt; ſed benè dolor internus, ſiue animi diſplicentia de diuina offenſa requiritur, cum ea (ut dictum eſt) ſit de contritionis eſſentia. *c. 5. 6.* Quòd autem non eo premamur dolore ob Dei offenſam, ueluti cæteris, quæ in dies

incurrimus malis, id non hominis culpæ, ſed magis naturæ uitio adſcribēdum eſt; cum magis obiectis ſenſibilibus & præſētibus moueatur; quàm ſpiritualibus & a ſenſibus remotis. Qua propter mirum non eſt, ſi dolore offenſæ Dei, minus mēs noſtra præmatur; quàm morte filiorum ac externorum iactura. Hoc autem ipſius Dauidis exemplo manifeſtari poteſt. Is enim, cū audiſſet uxores ab hoſtibus Amalechitis captas, ait Scriptura
1. *Reg.* 30. quòd ita amarè fleuit, *Donec deficerent lachrimæ;* & poſtea ſubdit, *Contriſtatus eſt Dauid ualde.* Ami-
2. *Reg.* 1 ci inſuper adeò amabilis Ionathæ, ac rebellis Fi-
2. *Reg.* 18. lij morte audita; maxima doloris ſigna oſtendit. Quis enim non miretur, Dauidem uirū ſtrenuū, & bellicarum rerum exercitio clariſſimum, præ doloris magnitudine, tum ueſtiméta ſcidiſſe; tum etiam in maximos fletus, ac clamores prorupiſſe? At uerò patrati delicti, (homicidij inquàm & adulterij) grauitate perſpecta; nil aliud ipſum feciſſe legimus, quàm quòd illud ediderit uerbum, *Peccaui;* Profectò aſſerendum non uidetur, quòd tam pius ac amabilis Deo rex, non magis de Dei iniuria, quàm de captiuis uxoribus, morte filij, ac amici Ionathæ doleret: dicente eodem de peccati dolore, quo ob Dei offenſam præmebatur, *Pec-*
Pſal. 50 *catum meum contra me eſt ſemper, & Rugiebam a*
Pſal. 37 *gemitu cordis mei.* Verum ſi eas non fudit lachrimas, nec talia doloris ſigna oſtēdit, id magis naturæ quàm uolūtatis impulſu efficere, eſt coactus. Non igitur nobis culpæ: ſed potius naturæ defectui adſcribendum eſt; quòd magis triſtemur,

uel

uel lætemur obiectis præſentibus & ſenſibilibus; quàm abſentibus & a ſenſu remotis, ac ſpiritualibus. Et ob id, non eſt nobis de Dei clementia diffidendum; ſi eas pro offenſis Deo illatis, non effundimus lachrimas, nec eo peccatorum dolore angimur, ueluti ſi filium, patrem, matrem, ac denique amabilem amicum uita functos intueremur, etſi non ita triſtamur de morte animæ, ueluti de morte alicuius propinqui, uel ex iactura rei temporalis, honoris uel famæ obſcuratione; uel (ut ita dicamus) ex leui digiti percuſſione. Quoniam, etſi talis dolor magis intenſus, magiſque ſenſibilis ſit; nihil tamẽ a ratione ita nociuũ, ueluti peccatum appræhẽditur, quo ſolo ſummi boni conſequtione priuamur. Admodum tamen proficuum ac ſalubre eſſet; ſi ex conſideratione offenſæ Dei, & peccatorum deteſtatione; eò dolor pertingere poſſet, ut ab oculis lachrimas deducere ualeremus; & eas, quas ob externa mala patimur anguſtias; etiam ob dolorem diuinæ offenſæ, experiri poſſemus. Et hac forte de cauſa ſacra pagina pœnitentiam Achab, & populi Niniuitæ ob oculos nobis ponit, ut monitos nos reddat, quàm nobis conduceret, ſi externis quoque pęnitentiæ actibus, Deum propitium nobis reddere conaremur.

3. Reg. 21. *Ionæ. 3.*

¶ Comparatio inter peccatum & cætera mala incurrenda, non facienda. Cap. XI.

ET quoniã dictum eſt, ꝙ contritus magis horrere debet Dei offenſam, quàm pœnã quam- *cap. 8.*

libet, Quęret forte aliquis, An neceſſariū uel ſaltē conſultum ſit, tales admittere comparationes; puta magis uelle quamlibet pœnam, etiam inferni, ſuſtinere, quàm mortaliter peccare? Ad hoc iuxta D. Tho. doctrinam dicitur, quòd contritus in generali tenetur eligere, ſeu uelle quamcumque pœnam, magis quàm peccare. Huius autem ratio eſt; quoniam contritio ſemper habet charitatem coniunctam; qua peccata dimittuntur, dicente Chriſto de Magdalena, *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et quoniam homo ex charitate, plus tenetur Deum, quàm ſe diligere; iccirco magis Dei offenſam, quàm quodlibet ſuum detrimentum horrere debet. Et qui ſic affectus non eſt, ut potius quamcumque pœnam, quàm Dei offenſam incurrere uelit, profectò contritus putari non debet.

Solutio. *Quol. 5. q. 5. ar. 9* *Luc. 7.*

¶ *An verè contritus, inferni pœnas potius quàm peccare, eligere teneatur.* *Cap.* XII.

Dubiū. DIcet fortè quis. Eſto quòd quælibet pœna temporalis, magis quàm Dei offenſa eligēda ſit, nūquid etiam, & pœna inferni præeligi debet; cum illiuſmodi pœna, nedum uiſionis Dei priuationem, in qua tota noſtra conſiſtit fœlicitas, dicente B. Auguſt. [Viſio eſt tota merces;] uerum & Dei odium ac offenſam, cum mētis obſtinatione iunctam habeat? Ad hoc dicitur; quòd non loquimur

1. de Trin. *Solutio.*

mur de pœna inferni, prout talibus adnectitur malis, quoniam ſic talem eligere pœnam, idem eſſet, ac culpam eligere, ſed tantum prout nobis nociua pęnaliſque eſſe poteſt. Et quoniam, ut ſuperius diximus: magis Deũ quàm nos ipſos amare tenemur, ea propter Dei offenſam, noſtris præponere malis tenemur: cum nobis magis dolendum ſit, quòd a Deo ob culpam & animi prauitatem, quàm ſi pœna tantum, ab eo ſeparemur. Et ad hoc fortè propoſitũ ait, D. Anſelmus quòd, [Melius eſt eſſe in inferno ſine culpa, quàm in Paradiſo cum culpa,] quia innocens in inferno non ſentiret pœnam, & peccator in Paradiſo non gauderet gloria. Hoc idem etiam confirmatur authoritate D. Chriſoſt dicentis, [Qui ſanæ mentis eſt, offenſam Dei magis timet, quàm ullam gehennam, & beneuolentiam eius pluris æſtimat, quàm ullum regnum.] *Hom. 5. de pœn.*

ca.

¶ *Comparationes inter peccatum & reliqua mala periculoſæ. Cap.* XIII.

VT autem nos monitos facit D. Tho. Quàmuis talis eſſe debeat cõtriti diſpoſitio, non tamen quiſquam ſic tẽtandus eſt: quia homo affectus ſuos non poteſt de facili menſurare, & quandoque illud, quod minus diſplicet, uidetur magis diſplicere; quia eſt propinquius ſenſibili nocumento, quod eſt magis notum nobis. Qua propter tandem concludit D. Tho. quòd, deſcendere ad hác *Vbi ſup.*

uel illam pœnam non tenetur, quin immò ſtultè faceret, ſi quis ſeipſum, uel alios ſolicitaret, ſuper huiuſmodi particularibus pœnis. Quoniam ſicut delectabilia conſiderata in particulari plus mouẽt, quàm in communi, ita terribilia plus terrent, ſi in particulari conſiderentur. Sicut aliquis audiens adulterium, non incitatur ad libidinem: ſed ſi per conſiderationem deſcendat ad ſingulas illecebras, magis moueretur. Et ſimiliter aliquis non refugeret, in generali audiens ſe mori debere pro Chriſto; ſed ſi deſcenderet ad conſiderandum omnes pœnas, magis retraheretur. Idem etiã contrito accidere poterit. Si enim ſibi proponatur in generali; ſi magis omnem pœnam, quàm Dei offenſam incurrere uelit, certè acquieſcet. Si uerò aliquod pœnæ genus ſibi in particulari proponatur: puta ſi magis quàm Deum offendere, uxorem quàm ſummè diligit, ſe ſpectante dehonorari uellet; filios fame adſtrictum, comedere; uel eos immaniter ab inimicis torqueri, & id generis ſimilia; fortè ſententiam mutabit. Non eſt ergo dolor ſenſibilis ad perfectionem contritionis neceſſarius; ſed magis animi diſplicentia, quæ pluſquàm quòdlibet aliud externum malum, peccatum horret, & talis dolor, omnes alios dolores excedere dicitur.

¶ *Generalis omnium peccatorum contritio, quomodo ſufficit ad gratiæ receptionem. Cap. XIIII.*

c. 2. arg. 2. AD ea uerò, quæ ſuperius obiecta ſunt ex doctrina D. Tho. dicentis, ꝙ omnium mortaliũ requi-

requiritur particularis cōtritio; qua propter uidetur, quòd conuerſio peccatoris temporis mora, ac protractione egeat; dicitur quòd, cum dicat D. Tho. ut ſuperius dictum fuit, quòd diſpoſitio ad gratiam quandoque fit in inſtanti; non eſt credendus talis fuiſſe ſententiæ, quòd per contritionem (dummodo legitima ſit) non poſſit peccatorum remiſſio haberi; antequam fiat ſingulorum indagatio, & particularis ſingulorum contritio habeatur, cum non ſit in poteſtate hominis, & maximè ubi eſt ingens delictorum aceruus, tot numero habere contritiones, ſiue dolores, quot fuerunt peccata. Et hoc eſt quod ait D. Tho. ad Annib. d. 17. q. 2. ar. 2. quòd non oportet ut in ipſo inſtanti, quo quis iuſtificatur, conteratur de omnibus peccatis in ſpeciali, qa hoc eſt impoſſibile; ſed ſufficit tunc in generali; in particulari uerò, ante uel poſt. Quòd autem ad gratiam aſſequendam, neceſſarium non ſit ſingulis peccatis, ſingulas, correſpondere contritiones, Caietanus tractans illa Domini uerba, de Magdalena loquentis, *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum;* prudenter aduertit dicens. [Vbi nota, quòd non dixit, multoties; ſed multum; ut hinc diſcas, non oportere ad delendum centum peccata, exigi centum actus diligendi; nec exigi centum contritiones; quoniam ſemel diligere multum, delet innumerabilia peccata.] Dicimus ergo, quòd ad perfectionem contritionis; ſatis eſt generalis contritio, ſiue dolor ac diſplicentia peccati, quatenus, peccatum eſt offenſa, ſiue iniuria Dei; Quæ quidem

Tra. 2. c. 36.

Luc. 7.

pecca-

peccati deteſtatio, quàmuis ſit generalis, adeò tamen extenſa eſſe debet; ut ſaltem uirtualiter extẽdatur ad omnia peccata mortalia: tam ea, quæ meminit, quàm ea, quæ non meminit; ita ſcilicet, ut nullum ſit peccatum, quod commiſiſſe non pœniteat, & a quo non habeat propoſitum de cætero abſtinendi: & talis contritio (licet non omnia peccata ad memoriam reuocentur) quia uirtute ad omnia extenditur; ſufficit ad contritionis perfectionem. Quemadmodum enim mola aquaria, ſimul cadit ſuper omnia grana tritici, & ſuper ipſa ſe ſe uertit, & girat, & adeò perfectè molit ſimul, ac ſi ſingulum per ſe granum moleret; ita generalis illa contritio, cum omnia ſimul peccata horreat, ac quatenus offenſa Dei ſunt, deteſtetur; omnia etiam peccata delet. Immò uſui frequenter euenire putarem; plures peccatorũ ueniam per cordis compunctionem obtinere; licet nullius imparticulari peccati memoria habeatur, ſed tantum quòd ex corde eos doleat, Deum peccatis offendiſſe.

¶ *Contritio ſpecialis omnium mortalium quando neceſſaria ſit. Cap. XV.*

Ap. 18. ET quoniam teſte Scriptura, de peccatore dicitur, *Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum*, qua propter meritò uidetur, quòd cuilibet peccato mortali, etiã ſingularis contritio reſpondere deberet; quia tamen

men temporis anguſtia plerumq; id non patitur: tunc ſaltem omnium mortalium ſpecialis requiritur contritio, cum quis confiteri tenetur. Tunc enim debet lapſus ſuos in amaritudine animę cogitare; ideſt, ſpecies, numerum, & circunſtantias peccatorum ad memoriam reuocare: omniũque ſpecialem dolorem concipere. Nec hoc neceſſe eſt (licet bonum ac laudabile eſſet) ut fiat ante confeſſionem; ſed ſatis eſt, ut omnibus peccatis pro uiribus ad memoriam reuocatis, unica generali contritione (quæ tamen uirtute ſe extendat ad omnia mortalia, de ipſis doleat, ſimulq; omnia deteſtatur. Cum uerò poſtea ad ſacramentum abſolutionis accedit, dum inter confitẽdum dicit, ſepties ſe ieiunium puta fregiſſe, uel in carnis lapſum; puta fornicationẽ incidiſſe, ſignum eſt, quòd toties pœnitet ſe Deum affendiſſe; & talis uocatur contritio, ſeu deteſtatio ſingularis omnium mortalium peccatorum. At uerò extra confeſſionis actum, ſufficit generalis contritio peccati; ſiue, ut de peccato (quatenus eſt offenſa Dei) doleat. Temporis ergo mora, ſiue prorogatio, ad contritionis perfectionem neceſſaria non eſt.

¶ *Verè contritus, totum cor Deo offert.*
Cap. XVI.

CVm uerò dicitur, quòd Dominus miſericordiam illis promiſit, qui toto corde, & tota animæ tribulatione ad ipſum conuerterentur; ſuperius iam re- *c.2. arg. 3. ca. 7.*

reſponſum fuit; quòd ex toto corde ad Deum cõuertitur, qui pro nullo bono obtinendo, uel malo euitando, præterito tempore Deum offendere uoluiſſet, uel futuro offendere uellet. In tota autem animæ tribulatione ad ipſum confugit; qui ſciens non niſi Dei auxilio a peccato ſe poſſe liberari; ad eius miſericordiam implorandam, corde contrito, & humiliato, recurrit, cum Propheta dicens, *Tibi ſoli peccaui, miſerere mei*. Dicitur etiam, quòd ex toto corde, & ex tota animæ tribulatione Deus quæritur, cum quis, quantum poteſt cum Dei auxilio præſtare, dolet de peccatis propter Dei offenſam.

Pſal. 50.

¶ *Dolor tum interior, tum etiam exterior, quem contritus concipere deberet, ſi id efficere poſſet.* *Cap. XVI.*

c. 2. arg. 4. & 8.

His uerò, quæ ſupra, contra ea, quæ diximus, authoritate ſacræ Scripturæ, & Concilii Tridentini, obiecta ſunt, primum dicitur, quòd in ſacris literis, & a ſanctis Patribus ea, quæ decentia eſſent, ueluti neceſſaria aliquando proponuntur; ut cum peccatrici animæ dicitur, *Luctum unigeniti fac tibi*, & *Dole, quaſi parturiens*. Vnigeniti defuncti dolorem, & mulieris parturientis anguſtias, quis niſi talia expertus, ualeat explicare? Humano tamen utens more, Spiritus ſanctus oſtendere uoluit, quam enixè pro admiſſis culpis nobis eſſet dolendum. Quod etiam

Iere. 6.

&

& Sancti Concilii Patres, ſacræ Scripturę uocibus utentes, dum ſanctorum Patrum nobis gemitus proponerent, oſtendere uoluerunt. Fortaſſe etiam dici poterit, quòd tum uerbis ſacræ Scripturæ, tum etiam Concilii, non oſtenditur remiſſionis culparum difficultas; quin potius quàm difficile ſit, per pęnitentiam ad eam uitæ nouitatē peruenire, ut ueteris uitæ, quis pœnitus obliuiſcatur; ueluti Mattheo, Magdalenæ, Mar. Ægyptiacæ, Franciſco, & aliis quàm pluribus accidit, de quibus aptè, quod Sauli dictum fuit, *Mutaberis in uirum alterum*; uerificari poteſt. Et de ſimilibus, tamque Deo gratis loquens B. Ambroſius ait, plures ſe inueniſſe; qui innocentiā ſeruaſſent, ideſt, qui abſq. mortalibus criminibus uitam tranſegiſsēt, q̃ quos uerè & perfectè pęnituiſſet ita ut prioris uitę blandimenta ac lenocinia, pœnitus obliuiſcerentur. Ita autem Concilii Patres ſenſiſſe, uerbis ipſis oſtēdi poſſe uidetur, cum dicitur. [Ad quam tamen nouitatem & integritatem vitę, per ſacramentum pœnitentiæ, ſine noſtris magnis fletibus & laboribus peruenire non poſſumus.]

1. reg. 10

Seſſ. 14. c. 2.

¶ *Dolor exterior, & ſi utilis, non tamen neceſſarius eſt.* *Cap. XVIII.*

QVòd autem uerè dolor externus neceſſarius non ſit; uel hoc ſaltem exemplo aſtrui poteſt; quòd in conuerſione Mathei & Zachęi publicanorum nulla externa męſtitię ſigna, quin potius lętitiæ cō

ſpe-

ſpeximus,ut conuiuia apud utrumque geſta oſtēdunt. Hoc etiam(ut ſpes nobis ſemper de diuina miſericordia concipiatur) quàmuis ullo externo dolore affici uideamur,dicēdum ſuccurrit; Quòd ſatis ieiunio carnem affligimus,dum ipſam a quibuſdam uitiis compeſcimus; ad quæ naturæ pondere trahimur; quæque admittere in noſtra ſitum eſt facultate. Abundè oculos lachrimis perfundimus,cum Dei offenſam, quibusuis malis anteponimus. Et licet oculi exterioris hominis aridi ſint; attamen oculi interioris hominis, de quibus dicebat D. Apoſtolus, *Oculos cordis ueſtri illuminatos*; doloris lachrimis obruūtur, dum dolore afficimur, quòd ad uotum doloris uim non ſentimus. Tunc morè Achab, & Regis Niniuitarum ueſtimenta ſcindimus, uel cum proximis eleemoſinas erogamus; uel peccati onus, de quo dicit Propheta, *Sicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me*; eceruicibus excutimus. Cor tunc ſcindimus, cum terrore diuini iudicii, & cœleſtis patriæ amore ac deſiderio; ne peccatis obruatur, detinemus. Sacco nos induimus ac cilicio, dum uerum pœnitentiæ propoſitum admittimus. Cinere denique capita aſpergimus; cum mortem, & Dei iudicium, contemplamur. Non hęc dicimus, ut a procurandis externis pœnitentiæ effectibus ſegnes, pigrique reddamur, quin magis ne animus in deſperationem labatur, cum ſe talibus pœnitentiæ donis priuatum uiderit. Adeò enim ingens eſt erga nos Dei pietas, ut quemlibet peccati dolorem, quantumcumque remiſſus & paruus

Eph. 1.

Pſal. 37.

ſit

ſit, dummodo ille ſit ob Dei offenſam, ad reconciliationem ſufficere uelit. Non eſt ergo exterior dolor neceſſarius, quàmuis ad modum nobis conferet, ſed animi dolor, quantumcumque paruus ſit in genere doloris ſpiritualis, dummodo ad rationem contritionis ſufficiat, poteſt omnem culpam delere, cum contritio ſemper comitem gratiam habeat.

¶ Sanctorum Patrum authoritates, quæ difficilem pænitentiam reddere uidentur, quomodo intelligendæ. Cap. XVIIII.

AD authoritates ſanctorum Patrum ſupracitatas, Primo dicitur, quod ſancti Patres talibus dictis, indicare uoluerunt (ut etiam paulo ſuperius innuimus) quid deceret acconueniēs eſſet nos efficere, ad hoc, ut Deo ucrè, & perfectè reconciliaremur. *c. 2. arg. 5.* *ca. 17.*

¶ Dicitur poſtea, quòd reperiuntur quædam eorum dicta, quæ ſingillatim quoſdam tangere uidentur, qui improbam ac ſceleſtam peregerunt uitam, & ſancti Spiritus inſpirationibus diutius rebelles fuerunt, cuiuſmodi illi ſunt, qui a ſacra Scriptura, cęci, indurati, ac obſtinati uocantur. Et quoniam, ut ſuperius diximus, tales difficulter, & quaſi miraculosè conuertuntur; ideo tam difficilem, eorum conuerſionem reddere uidentur. Et de talibus loquens B. Gregorius ait. [Criminoſorum difficilis oſtenditur reconciliatio] & B. Cipria- *Tract. 1. c. 69. 79 91.* *Moral. 7.* *De lapſis.*

prianus, [Putas tu Dominum poſſe cito reconciliari, quem uerbis perfidis abnuiſti ?]

¶ Dicitur deinde, quòd pleraque eorum dicta reperiuntur, quæ non culpam, ſed potius correctionem, ſeu pœnam peccatis debitam reſpicere uidentur, & præcipuè cum ad plurimorum notitiam peccatum deuenerit. Et huc referri debēt uerba B. Ambroſii dicentis, [Grande ſcelus, grādem & neceſſariam opus habet medicinam,] Alloquebatur enim tunc, quandam ſanctimonialē, quæ non a Parentibus coacta, quin potius ipſis in uita monaſticam uoluit profiteri uitam; quæ cum in lapſum carnis incidiſſet, reique geſtæ euētus, nedum ſororibus, uerum totæ Mediolani ciuitati patuiſſet, plurimi inde ſcandali rationem ſumpſerunt. Et quoniam tum ratione ſacrilegii, tum etiam ſcandali, eius pœnitentiam manifeſtari ac propalari oportebat; iccirco contra eam acrius B. Ambroſius ſe inuehit. Non ergo loquitur de culpa, cuius tunc fortè ueniam conſequta fuerat, & de qua ait B. Ambroſius [Bonus eſt Deus, & facilis indulgere peccatis,] ſed de correctione quàm ob commiſſam culpam merebatur.

Ad Vir. lapſam.

Sup. Luc. c. 1.

De lapſ.

¶ Dicitur poſtremo, quòd ſancti Patres, quò peccatores terrerentur; multa per exceſſum dixerunt; & illiuſmodi ſunt uerba B. Cipriani dicentis, quod melius fuiſſet multis in idolatria permanſiſſe, quàm poſt ſuſceptum baptiſmum, poſt meretriciū oſcula, ſanctiſſimum Domini corpus ex altari ſumere. Quòd uerò culpam quantum ex ſe eſt (dummodo uerè eſt ex corde nos pecca

ti pœniteat, & propoſitum peccandi in poſte-
rum excludamus) paratus ſit relaxare , id per
Ezechielem Dominus oſtendit dicens, *Numquid* 18.
*uoluntatis meæ eſt mors impij ; & non magis ut con
uertatur, & uita uiuat?* Cui ſententiæ D. Petrus
in ſua canonica applaudens ait, *Deus non uult ali-* 2. 3.
quem perire ; ſed omnes ad penitentiam reuerti. Qua
rum fortè ponderatione ſententiarum motus D. *De pen.*
Criſoſtomus dixit. [Deus inuitus & cum ma- *hom.* 11.
gno dolore compellitur peccatores damnare.]

¶ *Et ſi Deus culpas relaxet ; attamen plerumque pœnas non uult ignoſcere. Cap. XX.*

SAcræ uerò Scripturæ authoritatibus ſuperius citatis, per quas oſtendi uide- *c.2.arg.7*
tur, quàm difficilè Deus offenſas ho
minibus remittat, iuxta ea, quæ ſupe- *Trac.1.c.*
rius dicta ſunt, reſpondetur, quòd non intelligun *87.*
tur de culpa, ſed de pœnis peccatis debitis; quas
(ut ſuam commendet iuſtitiam) uult nos ſubire.
Cum enim dicat Preoheta de Deo loquens, *Miſe
ricordia & ueritas obuiauerunt ſibi;* & *Vniuerſæ* *Pſal.* 84
uiæ Domini miſericordia & ueritas, cum delicta no
ſtra terminum quendam remiſſionis exceſſerint,
tunc ſi Moiſes & Samuel ſtarent pro nobis, Deus
eorum precibus aures occluderet. Huius autem *Nu.* 12
rei exemplum habemus, tum in Maria prophetiſ
ſa ; cui nec fratris Moiſi tam Deo dilecti, preci-
bus ignoſcere pœnam uoluit; tum etiam in popu
lo Ieroſolimitano ; pro quo, & ſi quàm enixè Ie-

remias Dominum precaretur, reſponſum attamē illi datum fuit, quòd fruſtra pro populo adeò
11. infido, ac perfido orando laboraret, dicens, *Tu quoque noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, quoniam non exaudiam te.*

Peccata contra Deum, grauiora ſunt peccatis, quæ contra proximos committuntur. Cap. XXI.

SAcerdotis uerò Heli ſuperius dictis, reſpondendo, dicitur non fuiſſe eius mentis (utpotè ſummi ſacerdotis, ac in ſacris eloquijs ſummè periti, aſſerere Deum, & ſi peccatis offenſum, ea hominibus non condonare, præcipuè: quòd pluries populo Iſraelitico peccata remiſiſſe, Deum in diuinis legiſſet eloquiis; ſed quantum diſcriminis eſſet, inter peccata, quibus Deum offendimus, & iniurias, quibus a proximis laceſſimur, inſinuare uoluit. Quàm uerò interſe diſtent, optimè Chriſtus aperire curauit. Culpas etenim, quibus Deū offendimus Deum, decē millibus talentorum; offenſas autem nobis a fratribus irrogatar, centum ſolummodo denariis, comparauit.

c. 2. arg. 6.

Matt. 18.

Pœnitentiam Eſau, cur Deus reiecerit. Cap. XXII.

CVm uerò exemplum Eſau affertur, de quo (ut diximus) ait D. Paulus, quòd *Non inuenit pœnitentiæ locum quàmuis cum lachrimis & eiulatu quæ-*

c. 2. arg. 7.

quæſiſſet. Dicitur, quòd id ſibi euenit; quoniam admiſſæ labis Simoniacæ, quam in uendenda primogenitura (quæ ueluti dignitas ſacerdotalis erat, commiſit, non uerè pœnituit. Si qua autem illi affuit pœnitentia; ob amiſſum primogenituræ ius, & ob damnum, quo indè afficiebatur, de quo de fratre Iacob conquerens dicebat, *Primogenita mea abſtulit*, id ſibi accidit. Huc accedit, q̄ odiū cōtra fratrem Iacob ob ſurreptā benedictionem, è corde depellere nolebat dicens, *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum*. Adeò quòd nunqam peccati, quatenus illud eſt iniuria ac offenſa Dei, ipſum pœnituit. Hoc autem optimè oſtendit D. Criſoſtomus dicens. [Propterea nec Eſau ueniā conſequtus eſt, quia pęnitētiam non egit, ut oportebat, nam lachrimæ eius erant tentationis & iræ.]

Gen. 27.

De pęn. d. 3.

¶ *Deus pleriſque peccata non remittit, quoniam alicuius peccati complacentiam reſeruant.*
Cap. XXIII.

ET hæc eſt cauſa, quòd Deus pleriſque gratiam, qua eorum corda emolliantur, non largitur, quàmuis magnis eam clamoribus petant; quoniam ſcilicet, non eos peccati pęnitet, quatenus ſunt offenſa Dei pii Patris, ſed magis ob damna, & detrimenta quæ inde ſibi imminere proſpiciunt: qua propter alicuius peccati complacentiam, ſemper in corde retinet; unde fit, ut uitium aliquod relinquentes;

De pœn. d.3. tes; in aliud quàm primam relabantur; iuxta ſcri-
pturæ dictum, quòd *De malo ad malum egreſſi ſunt.*
Iere. 9. Et de ſimilibus loquens D. Aug. ait. [ſunt plures quos peccaſſe pœnitet; ſed non omnino; reſeruates ſibi quædam, in quibus delectentur.] Eadem ſimiliter de cauſa, nec rex Anthiocus exauditus fuit, quoniam non pœnituit blaſphemiæ quatenus ea Deum offendit; ſed magis ob pęnæ acerbitatem; quæ propinquam ſibi mortem demonſtrabat.

¶ *Multi peccatorum remiſſionem petentes non obtinent, quòd oblatæ gratiæ diutius reſtiterint.*

Cap. XXIIII.

QVòd Eſau, & regi Anthioco accidit etiam quàm plurimis indies euenire eſt putandum. Etenim cum diu pecatorum laqueis irretiti fuerint; diuiniſque rebelles inſpirationibus diutiùs extiterint, cum uicinam præſentiunt mortem, ſeu alia quauis magna præmuntur anguſtia, & ſi Deum ſibi precentur propitium, non tamen illis res ad
Trac. 1. c. 12. & Tra. 2. c. 35. uota ſuccedit, ut ſuperius dictum eſt, immo in in eis uerificatur illud Scripturæ dictum, *Ego quoque in interitu ueſtro ridebo*, & quod Dominus per Zachariam talibus comminatur dicens, *Clamaui & non audierunt, ipſi quoque clamabunt, & ego non exaudiam*: Hoc autem ob id talibus euenit; quo-
Parab. 1. 7. niam et ſi in peccatorum ſuorum deueniant notitiam, tanquam ſibi a conſcientia patefacta, dicen

le D. Apoſtolo, *Teſtimonium perhibente illis con-* *Rom.* 2
ſcientia ipſorum, & quodam greco Poeta, quem &
D. Paulus ad Titum ſcribens citat. *Cap.* 1.

¶ *Omnibus mortalibus conſcientia Deus*, *Menander.*
coſq; cõmiſſorũ peniteat ſcelerũ; iuſto tamen Dei
iudicio fit, ut eis gratię lumen ſubtrahatur, qua ue
rè pœnitere poſſent, immò diuina id exigente iu
ſtitia plerumque fit; ut peccati grauitate perſpe-
cta, in deſperationis foueam (quæ ut dictum fuit) *Tract.* 1.
una eſt ex ſpeciebus peccati in Spiritum ſanctũ, *c.* 73. 76
ſe ſe præcipites mittant, ueluti Cain & iudas; quo
rum alter, cum in admiſſi ſceleris agnitionem de-
ueniſſet dixit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniã* *Gen.* 4.
merear; Alter uerò, *Abiens, laqueo ſe ſuſpendit*. *Mat.* 17.
Hæc autem quæ dicimus, ita ſe habere, luce cla-
rius perſpicere poterimus, ſi infœlicis Iudæ exi-
tum, conferendo eius peccatum, cum peccato D.
Petri, ſpectare uelimus.

¶ *Peccati Iudæ, & D. Petri comparatio.* *Cap.* XXV.

NEgat D. Petrus Chriſtum, Iudas eum prodit. Ambo ſunt Apoſtoli; eorum uterque grauiter & lethaliter peccat, & tamen D. Petrus ſalutem a peccati laqueo erutus, conſequitur; Iudas uerò a Deo deſtitutus, ad deſperationem & ad laqueũ cucurrit. Dicet quis, id utrique eorum eueueniſſe, quoniam peccatum D. Petri, leuius fuit peccato Iudæ. Nam peccatum D. Petri, ex timore origi-

 nem

nem ac fomentum ſumpſit, & fuit quodammodo peccatum carnale; at uerò Iudæ peccatum, ſpirituale fuit; uidelicet auaritia. Peccata autem carnalia (ut ait D.Gregorius, leuioris ſunt culpæ. Verum profectò hoc eſt: attamen grauitas peccati D. Petri, eſt quoq. ponderanda, abnegatio ſcilet Chriſti; a quo, quòd eius uices in terris acturas eſſet, ſibi promiſſum fuit. Quàm autem graue peccatum negatio ſit, oſtendit D.Criſoſtomus dicens. [Negationi nullũ eſt æquale peccatũ.] Adhuc ſemel tantũ; Iudas Chriſtũ prodidit D. uerò Pet. nõ ſemel tantum, uerum certè quinquies, & forte uſque ſepties, ut ex Euangelii textu habetur, ipſum abnegauit. Et quod nõ parui refert; coram perſonis uilioris conditionis puta mulieribus, quæ ſua ptè natura timidę ſunt, & curię, miniſtris; quod hominũ genus, ueluti infame cõmuniter quodãmodo ab omnibus habetur. Iudas uerò in ſenatu Iudæorum ipſum prodidit, ubi aderant ſacerdotum principes, iudæorum proceres, ac deniquę primates ciuitatis Ieroſolimitanæ totiuſq; Iudęæ.

Hom. 8. de pæn. *Vide Caiet. c. 18. ſup. Ioa.* *Mat. 26.*

¶ *Iudas non minus quàm D. Petrus in cognitionem peccati deuenit.* *Cap. XXVI.*

RESpondebit forte aliquis, quòd Iudas non aſſequtus eſt peccati ueniam, ſicut D. Petrus, quòd in peccati cognitionem ueluti D.Petrus, non deuenit. Verum, ſi benè res expendatur, pluſquàm D.Petrus in peccati cognitionem, Iudas deueniſſe uidetur, ſi exteriora tantum ſpectentur. Cum

enim

enim Chriſtus D. Petrum reſpexiſſet pietatis ocu lo,& ob id galli cantu ſequto, in peccati agnitio nem perueniſſe; nil aliud ipſum feciſſe legimus, niſi quòd ex ſceleratorũ illorũ turba, apud quos Chriſtum abnegauerat, ſe extrahens; peccatum fleuit, dicente Euangeliſta, *Egreſſus foras, fleuit amarè*. Non tamen eum, tum coram Ancilla, tum miniſtris curiæ, ſuam legimus retractaſſe ſententiã dicens, Vir hic, meus eſt Dominus,& magiſter, & is eſt, qui tot apud uos miranda ſigna peregit, uir iuſtus, Deoque gratiſſimus, qua propter peccaui ipſum abnegans, meum eſſe magiſtrum, & precipuè mendacium iuramento firmãdo. At Iudas, cum in peccati agnitionem perueniſſet, coram toto Iudæorũ ſenatu, non ſolum ſuum fatetur errorem dicens, *Peccaui*; ſed quod magis refert, etiam Chriſti innocentiam ac ſanctitatem extolit dicens, *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*. Quibus uerbis non ſolum legis doctores,& ſacerdotes, qui eum in Concilio ac ſenatu ſuo morte dignum iudicauerunt dicentes, *Reus eſt mortis*, afficiebat iniuria, uerum & totam ciuitatis multitudinem, quæ eum ultimo ſupplicio dignum iudicabat, eũ petens cruci affigi; Hærodem, qui eum deludi iuſſerat; ac denique Pontium Pilatum, qui ipſum in cruce agere decreuerat; dicente Euangeliſta, *Adiudicauit fieri petitionem ipſorum*. Et quod non parui faciendum eſt, oſtendere uolens admiſſi facinoris, ſe uerè penituiſſe, ſanguineis pretium, argentum ſcilicet; quod patrati ſceleris cauſa exciterat, Iudæis retulit; ueluti ſi conſcientiam tam

Luc. 22.

Mat. 27.

Mat. 25.

Luc. 23.

 turpi

turpi lucro exonerare uoluiſſet. Quid quæſo ad hęc dicemus? Nonne magis uidetur Iudas in peccati cognitionem ſimulque deteſtationem, quàm D.Petrus ueniſſe.

¶Peccati cognitio abſque fide & ueniæ ſpe non ſufficit ad ſalutem. Cap. XXVII.

Dicet quis, quòd non ſatis eſt peccati cognitio, ſed opus etiam eſt, ut animus feratur ad reliquas pœnitentiæ partes, & ad fidem & ſpem de Dei miſericordia concipiendam; fidentes Deum per merita Chriſti, nobis propitium futurum, ueluti egit D. Petrus. Is enim ſe deliquiſſe intuitus; nedum memor uerborum Chriſti, olim ſibi dicentis
Mat. 18. *Non dico tibi uſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*, uerum & eorum, quæ paucas ante horas audierat, quod uidelicet ſanguinem pro peccatoribus fu-
Mat. 26. ſurus eſſet dicens, *Hic eſt ſanguis meus, qui pro nobis in remiſſionẽ peccatorũ ſundetur.* licet peccati grauitatem agnoſceret, abnegationẽ ſcilicet & periurium; ſpem tamen concepit Chriſtum, quem audierat prædicantem,
Matt. 9. *Veni uocare peccatores ad pęnitentiam*; ſibi propitium fore, ac peccati indulgentiam collaturum. At Iudas tum uerborum, tum etiam geſtorum Chriſti, quibus maxima eius erga peccatores oſtendebatur pietas, oblitus, ſceleris ſui grauitate perſpecta, pœnitus de Dei pietate diffidit, tamquàm ſi nollet, uel non poſſet ſibi indulgere peccatum; quapropter deſtitutus fide,

quia

quia Chriſtum, Deũ non putabat; ſimulque ſpe, quia uel nõ poſſe, uel nolle ſibi ueniam conferre credidit, *Abiens laqueo ſe ſuſpendit*. Et hinc haberi poteſt, quàm periculoſa ſit pœnitẽtia humani animi, Dei gratia deſtituti. Quò etenim grauior, eò periculoſior. Et hæc uidetur eſſe ſententia B. Hieronimi dicẽtis, [Quęnam fuit cauſa ſaluationis in Pero, & in Iuda ſuæ deſperationis? Nempe uterque liber erat. Sed Petrus poſt trinam negationem Domini, egreſſus foras fleuit amarè: Iudas uerò poſt traditionẽ pœnitentia ductus, abiẽs laqueo ſe ſuſpendit.] Vera profectò hæc ſunt. *Epiſt. ad Abidiã.*

¶ *Cur D. Petro & non Iudæ, Chriſtus auxilium porrexit. Cap. XXVIII.*

VErum, cur Chriſtus non reſpexit tunc temporis affictionem Iudæ, qui peccatum ſuum agnouerat dicẽs *Peccaui*, & cur Iudæ confeſſionem in oſtendenda Chriſti innocentia, dum eum iuſtum uocaret, non attendit; Petrum uerò, qui negationi finem non imponebat, nec peccatum agnouerat, reſpicere uoluit? Cur reſpexit Petrum nondum pœnitentem; non autem Iudam, qui pœnitentia ductus dicebat, Peccaui? Cur gratiam tribuit Petro, qua a peccato reſurgeret, non autem Iudæ? *Dubiũ.*

¶ Ad hoc primũ dici poſſe videtur, qđ ipſe Chriſtus reſpondet dicens, *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.* Reſpondet & D. Paulus ſimiliter dicens, *Numquid non habet poteſtatem figulus ex* *Solutio.* *Matt. 11* *Rom. 9.*

eadem

eadem luti maſſa, facere aliud uos in honorem, aliud in contumeliam? Quòd Princeps parcat huic, & non illi; licet ambo æquale commiſerint facinus, hoc ex eius pendet arbitrio. Cur ſimiliter Chriſtus D. Petro, & non Iudæ parcere uoluerit, hoc accidit, quoniam ita ſibi placuit. Ipſe etenim eſt

Pſ. 113. de quo Propheta canit, *Omnia quæcumque uoluit*

Pſal. 35 *fecit*, & de quo idem dicit, *Iudicia Dei abiſſus multa*, & *Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.* Et ideo loquēs Dominus Moiſi, celſitudinem ſuam ipſi oſtendere uolens, eamque commendare dixit, quòd ipſe erat, qui pro uoluntatis ſuæ arbitrio hominum corda emolliebat, ac obdurabat dicēs,

Exo. 33 *Miſerebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi*

Rom. 9. *placuerit.* Et D. Paulus ait, *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Ex quibus fortè ſacræ Scriptu-

Super Ioan. ræ locis D. Aug. notabilem illam collegit ſententiam, [Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli inueſtigare, ſi non uis errare.] Ac ſi dixiſſet. Cur D. Petrum & non Iudam e peccati nexibus eripuerit, hoc nos latet; cum id ex beneplacito diuinæ pendeat uoluntatis; quæ quidem Dei uoluntas nullam habet cauſam, ſed ipſa eſt omnium

Eph. 1. cauſa, dicente Apoſtolo, *Operatur omnia ſecundum*

3. Con. *conſilium uoluntatis ſuæ*. Et hoc eſt quod ait, D.

gen. c. 161 Tho. [Non eſt ratio inquirenda: quare hos, qui in eiſdem peccatis detinentur, conuertat; & non illos. Hoc enim ex ſimplici eius uoluntate dependet.]

¶Quod

¶ *Quòd meritò Iudas a Chriſto fuit deſtitutus.* *Cap.* XXIX.

At tamen, ut ex Euangelij textu pateat, quę geſta ſunt a Chriſto erga Iudam, rectiſſimè acta fuiſſe; quid Dominus per Zachariam Prophetam dicat, audiamus, *Factum eſt ſicut loqutus ſum. Clamaui & non audierunt, ipſi quoque clamabunt, & ego non exaudiam.* 7.
Quoties Chriſtus Iudam, ut a patrando ſcelere terreretur, uerbis repreſſit dicẽs, *Vnus ex uobis diabolus eſt? Mundi eſtis, ſed non* Ioan. 6.
omnes: Ve homini illi per quẽ filius hominis traditur: ioan. 13
Et tamen Iudas Chriſti monita, ſemper audire contempſit. Quò autem uel ſaltem ſupplicij timore terreretur; quàm terribilis erga improbos eſſet, quibuſue eos, eſſet affecturus ſuppliciis; Iudam latere noluit. Quarta etenim die, ante patratum proditionis ſcelus; e templi porticibus Iudæos expulit; parum poſt, fici arborem tantum Matt. 21.
folia habentis, maledixit; quæ ſtatim arefacta eſt; Mat. 25.
& vt magis eum terrefaceret, de uniuerſalis iudicij die, publicè concionatus eſt; quibus pœnis prauos mulctaturus eſſet; palā omnibus pandens; nec tamen a concepto facinore, animum cohibere uoluit. Huc accedit, quòd ut ait B. Hieronimus, facile miſerrimus ille, labẽ peccati in Spiritum ſanctum (quod ut ſuperius dictum eſt,) a Chriſto irremiſſibile dicitur, incurrit. Opera enim, Trac. 1.
quæ Chriſtus diuina operabatur uirtute, dicen- c.43.69.

te co-

Luc. 11. te eodem, *In ſpiritu Dei eijcio dæmones*, opinioni phariſeorum adhærens, qui illum in Beelzebub uirtute eijcere dæmones aſſerebant, ipſe quoque malo dæmoni adſcribebat, dicēte B. Hieronimo. [Iudas putabat ſigna, quæ uiderat Saluatorem facientem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta,] Hoc autem uerba Iudæ, quæ nocte ipſa Dominicæ paſſionis, curiæ miniſtris dixit, *Marci. 14.* ſcilicet, ***Ducite cautè;*** inſinuare uidentur. Ac ſi dixiſſet. Maxima uti oportet diligentia, nedum in eo capiendo, uerum quoque & in eo ad carceres deducendo, ne fortè ut uir magicis artibus deditus, ſatanæque familiaris, ueſtris labatur è manibus. Non ergo mirum ſit, ſi Chriſtus uirum tam ſceleſtum, qui toties monita ſua ſpreuerat, cuique *Tract. 1. ca. 81.* ut ſuperius diximus, tot contulerat beneficia, auxilio gratiæ deſtituerit. Qua propter in ſceleris ſui pœnam à Deo deſtitutus, peccati tantummodo grauitate ac fœditate perſpecta, ſuis ſe manibus euita ſubtraxit: dignam facinoris a Deo recipiens pœnam; dicente Eccleſia de Iuda tempore paſſionis Chriſti, [Deus a quo Iudas reatus ſui pœnam ſumpſit.]

¶ *In peccati pœnam, Deus impios gratia deſtituit. Cap. XXX.*

Tract. 1. cap. 92. QVòd autem in peccati pœnam impij gratia Dei deſtituantur, ut ſuperius etiam diximus; cæteriſque horrẽdis afficiantur pœnis, oſtendit D. Criſoſtomus

ſtomus, cum de ſimilibus uerba faciens dixit, *Sup Matt. c. 21.*
[Flagellum eſt ab eo, qui te deſerit,] Ac ſi dixiſſet, quòd talibus pœna à Deo infligitur, propter peccatum, & in præcedentis peccati pœnam. Vnde & Propheta Ieremias, cum Synagogæ reprobationem prædixiſſet dicens, *Quia Dominus loqutus eſt ſuper eam*, id eſt, eius prædixit reprobationem, *Iren. 1.*
ſtatim ſubdidit, *Propter multitudinem iniquitatum eius*. De eiſdem etiam loquens D. Tho. dixit, 1. 2. q. 79. ar. 3. c. [Deus ſuo iudicio gratiam non apponit.] id eſt, quòd Deus, id exigente iuſtitia, ſapientiaque ſua, ſecreto ſuo iudicio, uoluntariè lumen gratiæ (ut etiam ſupradiximus) non infundit, *Tract. 1.*
ſeu non uult infundere. Adeò quòd in talibus uerificatur Ieremiæ dictum, *Cum clamauero & rogauero, excluſit orationem meam*, & quòd dixit Chriſtus Iudæis, *Super quem ceciderit lapis iſte comminuet eum.* Vt enim ibi admonet Caietanus. Quodlibet peccatum poteſt per pœnitentiam remitti, niſi Deus gratiam ſubtrahat, cor hominis indurando. *c. 11. 12* *Tren. 3.* *Matt. 21.*

¶ *Iudæorum pontifices, cur non pœnis ueluti Iudas a Chriſto affecti.* Cap. XXXI.

VErum dicet quis. Cur Chriſtus non puniuit Annam, Caipham, Herodem, Pilatum, cæteroſque Iudæorum proceres, qui grauius Pilato deliquerunt; dicente Chriſto, *Qui tradidit me tibi maius peccatum habet*, Sed tantum Apoſtolum *Dubiū.* *Ioan. 28*

ſuum

Solutio. ſuum horribili affecit morte? Ad hoc utique dicitur, quòd Dei mos eſt, ante iudicij uniuerſalis diem, non improbos quoſlibet pœnis afficere, ac ſimul inuoluere, ſed è talium numero aliquos tantum eligere, & eos præcipuè, qui aliquo adminiſtrationis genere ſibi adſtricti fuerint, eoſque manifeſtis ac grauioribus quibuſdam afficere pœnis; ut eorum exemplo diſcant alij, quàm ſit in vindicandis ulciſcendiſque ſceleribus ſeuerus ac terribilis. Sic igitur Apoſtolum ſuum Iudam, horrenda affecit pœna, horrendoque mortis genere, ut diſcamus quemadmodũ dixit Chriſtus quòd,

Luc. 23. *Si in uiridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet?* Si non pepercit Apoſtolo ſuo, quem uocauit amicum, quem cõmenſalem inſtituerat, cuiq; miracula faciendi, ac dæmonibus imperandi, tribuerat, poteſtatẽ: quid faciet nobis miſeris, qui tot ſceleribus, totq; flagitiis, eius contra nos iram excitamus? Si

Rom. 11 naturalibus ramis (ut ait D. Paulus,) non pepercit, quid erga ſiluestres agreſteſque oliuas, eſt facturus? Audiant hæc, qui ita ſecurè peccant, & audacter omne flagitiorum genus patrare audent; ſuadentes ſibi ipſis, Deum ſemper uotis affuturum; non ſecus, ac ſi conuentione & pacto eis teneretur; & quòd dicendo, *Peccaui*, ſtatim ſint audi-

2. Reg. 12. turi Chriſtum dicentem, *Remittuntur tibi peccata tua.* Dixit Dauid, *Peccaui*, & remiſſionem pecca-

Mat. 27. torum eſt aſſequutus. Dixit Iudas, *Peccaui*, & abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Sicut enim pius eſt, & clemens erga eos, qui puro ſynceroque corde, ei ſeruire conantur, quique mandata eius pro uiribu

ad

adimplere contendunt; licet interdum, etiam in grauioribus peccatis labantur; ut potè carnis onere ac fragilitate deuicti, qua & D. Petrus uictus, negator Chriſti extitit, atque periurus, ita eſt ſeuerus uindex erga eos, qui potius animi prauitate ac malignitate, quàm imbecillitate ac fragilitate eiuſdem, in omne flagitiorum genus, ut ſuperius dixìmus, præcipites currant. Et ipſemet, qui Magdalenæ, Petro, ac Latroni pepercit; maxima ſeueritate, tum Iudam, tum etiam populum Ieroſolimitanum puniuit. Spectemus ergo D. Petrum negatorem Chriſti, & periurum, & non diffidamus de uenia, licet in multa & grauiora inciderimus peccata, Contemplemur Iudam, & Dei iudicia timeamus. Vt enim ait B. Gregorius, [Deus ſicut eſt blandus iuſtis, ita terribilis eſt peccatoribus.] *Trac.* 1. *c.* 83. *Hom.* 21

¶ *In pœnam peccati, plerique ſacramentis carent.* *Cap.* XXXII.

ET quoniam, ut ſuperius diximus, ex attrito per ſacramentum pœnitentiæ quis efficitur contritus; iuſto Dei iudicio plerumque fit, ut tales uel ſubito & inſperato mortis genere, finem uitæ imponant: uel ut morbũ, quo laborant, pro nihilo ducentes, ſacramentum recipere negligant, uel denique quòd ſi mœtu mortis, ac præſentia diaboli, quem aſſiſtentem aſpiciunt, terrefacti, Sacerdotem cõfeſſarium quærant; minimè inuenire ualeant, ut potè, quòd tanto Dei munere ob ſua flagitia, indigni exiſtant. *Trac.* 2. *cap.* 5.

¶ *Cur*

¶ *Cur culpandi ſint Iudas cæterique peccatores, ſi gratiam non recipiant.* Cap. XXXIII.

Dubiũ. Trac. 1. c.7. 25.

AT dicet quis. Cum, ut ſuperius dictum fuit, Abſque gratiæ auxilii homo a peccato liberari non poſſit; nec iugum diaboli excutere, cur culpandi ſunt Iudas cæterique peccatores, ſi ad Deum non conuertantur? Ad hoc utique reſpondetur (ut etiam ſuperius diximus) quòd meritò homini culpa imputanda uenit, ſi non conuertatur ad Deum, & gratiam non recipiat, licet abſque ſpeciali Dei auxilio & beneuolentia, id præſtare nequeat. Etenim cum ſpontaneè quis a Dei ſeruitute receſſerit, ſeque diaboli ac peccati operibus implicuerit, ueluti rebellibus ac inimicis, Deus opem ſuam illis porrigere non tenetur. Cum ergo tum priuationis gratiæ; tum impotentiæ ad eam recipiendam, ipſi ſibi cauſa extiterint, meritò quoque illis culpa imputanda uidetur. Quòd autem D. Petro pluribuſque aliis, qui quotidie in peccata labuntur, gratiam Deus largitus fuerit, ac indies largiatur; in hoc maxima Dei pietas erga tales eluceſcit; dicente Apoſtolo, *Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*, & *Cuius vult miſeretur*, Quòd eam Iudæ aliiſque plurimis non dederit, nec dare uelit, oſtenditur eius iuſtitia, de qua ait, D. Paulus, *Quem vult indurat.* Et hoc eſt, quod ait, D. Tho. 2.2.q.2.ar.5.1. [Quod quidem auxilium, quibuſcumque datur, miſericorditer datur;

Solutio. Trac. 1. c.14. & 35.

Rom. 9.

quibus

quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis, ut habetur ex B. Aug.] Non eſt ergo culpa in Deum reiicienda, ſi gratiam aliquibus non largiatur, ſed potius quilibet eã in ſe reiicere debet; cum peccato originali ſaltem, ſe gratia ſpoliauerit. Sicut enim, ſi quis ſpontè in puteum, a quo non niſi alteriùs ope ac auxilio, exire poſſit, præcipitem ſe dederit, meritò ſibi adſcribenda eſt culpa; ſi inde exire non poſſit; ita & culpa non Deo, ſed homini magis attribuenda eſt, ſi non poſſit e puteo peccati, & fouea impietatis exire; niſi Deo ſibi auxilium porrigente.

De corrept. & gratia. c. 5.6.7.

¶ Ad hoc accedit, quòd ut ſuperius dictum eſt, ait Chriſtus, *Ego ſto ad oſtium & pulſo*, quo auxilij genere nec Pharao, nec Iudas, nec alius quiſquàm, quàntumuis peccator, dum in humanis agit, a Deo deſtituitur. Quo quidem auxilio ſi uellet quis bene uti; puta bonis inſpirationibus obſequi; peccatorum occaſiones, prauaſque ſocietates pro uiribus effugere; pœnas, quas peccatoribus Deus minatur, ſibi ob oculos ponere, propoſitum mutandæ uitæ aſſumere, ac denique humiliter & piè ad ſacramentum pœnitentiæ accedere; Deus, de quo ait Propheta, *Cognouit figmẽtum noſtrum;* & more pijs patris hominibus compatitur; manum utique de alto emitteret, cuius ui, ex inferno inferiori; ideſt ex ex quantumuis grauioribus peccatis, erui poſſent. Vt enim ſuperius diximus, Deus libero arbitrio bene utenti;

Trac. 1. c. 3.

Apoc. 3.

Pſ. 102.

Trac. 1. c. 35. 36

ac generali eius motioni obſequentes, non quidem propter hominis, meritum, ſed ex ſua benignitate, atque clementia, gratiam, & lumen fidei, ſuiq; ipſius cognitionem minimè denegabit.

Pſal.72 Adeò quòd ſemper in eis dictum Prophetæ uerificatur, *Perierunt propter iniquitatem ſuam*, &

2.The.2 quemadmodum ait Diuus Paulus, *Perierunt, eò quòd charitatis ueritatem non receperunt, vt ſani fierent.*

Deus eſt cauſa ſalutis, liberum arbitrium damnationis Cap. XXXIIII.

Cauſa ergo proxima, & principalis noſtræ in Deum conuerſionis, noſtræque ſalutis, eſt Deus; qui non ſolum cor hominis per ſpeciale auxilium

Eph.5. mouet, dum ei gratiam offerendo dicit, *Surge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus*; uerum etiam dat ſibi auxilium, quo ſurgere poſſit, dicente Propheta, *Statuit ſuper petram pedes meos?*,

Pſ.39. Cauſa uero remota, atque ſecundaria, eſt liberum arbitrium hominis; qui ſe (infirmitatem ac imbecillitatem ſuam agnoſcens) Deoq; commendans dicit, *Adiuua me, & ſaluus ero Domine*,

Pſ.118. Econtra uerò, cauſa principalis damnationis eſt liberum hominis arbitrium, prauaque hominis uoluntas; qui ex ſeipſo gratiæ impedimentum,

Tract.1. c.11. & 38. ut diximus, præſtare poteſt, dicente ſacra Scriptura, *Prou.1. Vocaui, & renuiſtis*, & *Dixerunt Deo*

Rece-

Recede a nobis . Cauſa uerò remota , atque ſe- *Iob.* 21.
cundaria , eſt Deus ; qui , quàmuis moueat cor
hominis ad bonum, dicens , *Ego ſto ad oſtium*, *Apoc.*3.
& pulſo , non tamen mouet illud efficaciter, ut
etiam ſuperius diximus, ſaltem ob peccatum;dicē- *Trac.* 1.
te Propheta , *Longè a peccatoribus ſalus, quia iuſtifi* c. 13.
cationes tuas non exquiſierunt. Hæc autem uide- *Pſ.*118.
tur eſſe doctrina B. Aug. de prædeſt. San.dicentis
[Deus uult omnes homines ſaluos fieri ; ex qui-
bus quòd quidam pereant , pereuntis eſt me-
ritum; quòd autem ſaluentur , ſaluantis eſt do-
num .] Hoc idem aſſerere uidetur Beat. Tho-
mas dicens. 1.2. quæſt. 112. artic. 3. ad 2. [De-
fectus gratiæ , prima cauſa ex nobis eſt ; ſed
collationis gratiæ , prima cauſa eſt a Deo , ſe-
cundum illud Oſeæ , [Perditio tua ex te Iſra-
hel ; tantummodo ex me auxilium tuum .] 13.
Quapropter, meritò dicebat ſanctus ille Tobias
de Deo , *Caſtigat nos propter iniquitates noſtras* , c.13.
ſaluat autem nos , propter miſericordiam tuam.

¶ *Nec diffidendum , nec admodum de clementia Dei præſumendum. Cap. XXXV.*

Finem denique ſupremamque manum cũ Dei gratia, his impoſituris; duo præcæteris ex his, quæ diximus, memoriæ commendanda optarem . Quorum primum eſt , ut numquàm ob

quodlibet graue facinus admiſſum, nec etiam ob quamlibet peccatorum multitudinem, de Dei clementia ac bonitate diffidere debeamus; cum

Trac. 1. *c.* 48. nullum ſit, ut diximus, peccatum, cuius hominem pœnitere non poſſit; & Chriſtus facultatem conceſſerit ſacerdotibus ſacramenti pænitentiæ miniſtris, toties quoties in ea homi-

Trac. 1. *c.* 86. nes inciderint, abſoluendi; ueluti etiam ſuperius diximus. Alterum uerò eſt, ut ſeueritatem diuinæ iuſtitiæ, de qua ait Diuus Paulus,

Hæb. 10 *Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis*, metuentes, ab eius offenſa, pro uiribus caueamus. Quò uerò hæc exequendi maior nobis præſtetur occaſio; Diui Petri, & Iudæ Apoſtolorum, de quibus modo mentio habita eſt, exitum, ſpectare non pigeat. Inteamur ergo Diuum Petrum, & quàmuis innumera, ac ingentia flagitia commiſerimus, ipſum nobis ſemper propitium futurum ſperemus; dummodo ueteris nos pæniteat uitæ; ac in nouitate uitæ ambulare, de cætero nobis propo-

13. ſitum ſit; dicentes cum Beato Iob, *Etiam ſi occiderit me, ſperabo in eum*. Contemplemur poſtea Iudam, & eius uindicem manum ſem-

9. per timeamus, dicente de eo Beato Iob, *Sciens quòd non parceres delinquenti*. Mandata denique eius puro corde ſynceroque affectu ſeruare ſtudeamus; & quàmuis diabolica fraude, carnis imbecillitate, uel animi denique uitio deuicti; in peccata lapſi fuerimus; quàm primum

mum in Dei amicitiam, ac familiaritatem; tum dolore animi, de quo ait Dominus, *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor*, tum etiam ſacramento pœnitentiæ, de quo dixit Chriſtus, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, re- Ioan.20
uocari conemur; Dei ſemper clementiam, ac miſericordiam implorantes, ut culpa lapſuſque noſtros, non eo ſeueritatis, iuſtitiæque oculo, quo Iudæ lapſum reſpexit; ſed magis eo clementiæ, ac pietatis intuitu, quo & Beatum reſpexit Petrum, intueri dignetur; ut inſtar Beati Petri, noſtra deflentes peccata, eaque caſtigatione uoluntaria cohibentes, quemadmodum ipſum ſancta precatur Eccleſia, [Temporaliter potius, maceremur; quàm ſupplicijs deputemur ęternis.] Vtque id aſſequi mereamur, quod noſtrum eſt, cum Dei auxilio agentes, iuxta Diui Apoſtoli dictum, *Sobriè, iuſtè, &* Tit. 2.
piè uiuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, a peccati & diaboli ſcilicet, poteſtate, & ad Patris ſui perenne ac fœliciciſſimum regnum, electis ab origine mundi praparatum, transferret. Hęc autem ſi nobis aderint, nimirum pura, ſynceraque fides, orationis frequentia, ieiunia, cordis humilitas, uoluntaria paupertas, irę dominatus, ut uerè ſobriè nobis ſimus; erga proximos manſuetudo, ac pia compaſſio, ſuumque ius unicuiq; reddere, ut iuſtè cum

illis agamus:purumq;, cor erga Dei amorem,qu
14. eiusmādata ſeruare poſſimus, dicente D.Ioanne, *S*
quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit, & Qui non
diligit me, ſermones meos non ſeruat, vt admonet B.
2. 1. Petrus, *Non uacuos,nec ſine fructu conſtituent, in Do*
mini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Et quoniam per
fidem, & mandatorum Dei adimpletionem (Dei
gratia adiuti) uitam aſſequimur ęternam,dicente
Mat. 19. Chriſto, *Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata*, totis
uiribus ſatagamus, ut per bona opera, certam no-
ſtram uocationem faciamus. Quod nobis meritis
ſuæ ſanctiſſimæ Matris Marię, omniumque electo
rum ſuorum interceſſione concedat Ieſus Chriſtus
filius Dei, qui eſt benedictus in ſæcula Amen.

Pſal. 113.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

LAVS DEO.

TA-

TABVLA GENERALIS
In hoc tractatu contentorum.

Abſolutio.

ABſolutio, eſt pars ſacramenti pœnitentiæ. Trac.1.cap.95.

Abſalutionis forma, quę.ibid.

Cur utimur hæc forma, Abſoluo te, & non, Remitto tibi peccata.c. 99.

Abſoluere a peccato, & remittere peccatum idem eſt. Trac. 2. c.8.

Declarantur verba illa, Ego te abſoluo.ibid. & c. 22.

Pęna æterna, vnà cum culpa remittitur. Tracta. 2. cap.4.5.9.

Aliquid pœnæ temporalis remittitur.c.8.

Quantum pœnæ remittitur, ignoratur. 29.

Nemo abſoluitur, niſi per ſacramenti uotum.c. 10.11.

Pœna purgatorij valdè minuitur.c.16.

Abſolutio, eſt præcipua pars ſacramenti pœnitentiæ. cap.18.

Culpa per abſolutionem remittitur.ibid.

Plenior delictorum remiſſio impenditur.c.19.

Peccatorum incitamenta debilitantur.ibid.

Abſolutionis actus, iudicialis.c.24.

Penitens certus eſſe non poteſt, an fuerit verè abſolutus.28.

Ea tamen recepta, certiores eſſe poſſumus.c.30.

Abſque ſacerdotis abſolutione, quando peccata non remittantur.c.31.

Pœnitens quando ſit abſoluendus.

Plura uide Verb. Sacerdos, & Sacramentum pœnitentiæ

Adam.

Adæ peccatum, Chriſti fide deletum fuit. Trac. 1. c. 58.

Amor.

Amor Dei, quando dicitur maximus. Trac. 2 c. 7.

Angelus.

Vnico actu pœnitendi uim amiſit. Trac. 1. c. 59.

Eorum damnatio eis reuelata non fuit. 63.

Anthiocus.

Cur non fuerit exauditus Trac. 2. c. 23.

Attritus Attritio.

Attritio quid ſit. Trac. 1. c. 104.

Attritio, & contritio, in quo conueniant. ibi.

Attriti obiectum. 105.

Attritionis, & contritionis differentia. ibid.

Attritio cognita, nec cum ſacramento ſufficit ad ſalutem. ibid.

Attritus timore ſeruili mouetur. 106.

Attritio, ex facultate naturæ haberi poteſt. 107.

Attritio cum peccato ſimul ſtare poteſt. ibid. & 109.

Attritus, quomodo, id efficere poteſt, quod contritus. ibid.

Aliquando peccati dolore, intenſius mouetur, quàm contritus. ibid.

Attritio, non eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam ibid.

Attrito non confertur gratia, niſi ex ſacramenti receptione. ibid. & c. 08. Trac. 2. c. 9.

Plura. Vide Ver. Contritio.

Author.

Author, cur hoc aggreſſus fuerit opus. Tract. 1. c. 3.

Auxilium.

Auxilium Dei ſpeciale, quid. Trac. 1. c. 8.
Auxilium ſpeciale nemini Deus denegat. c. 9. & 95.
Auxilium Dei efficax, quid. c. 13.
Auxiliũ efficax poſt peccatũ non omnibus datur. c. 33.
Auxilium ad beatitudinem conſequendam, cur gratia uocatur. c. 8.
Plura uide. Verb. Deus. Gratia.

Baptiſmus.

Baptiſmus, reiterari non poteſt. Trac. 1. c. 65.
Cur oſtia, a D Paulo, ſit appellatus. c. 66.
Totam ſimul pœnam, cum culpa diluit. 97.
In remiſſionem peccati originalis, præcipuè inſtitutus. Trac. 2. c. 10.
Per baptiſmi ſacramentum, tota abluitur pœna. 15.

Bonum.

Bona ſupernaturalia, abſque auxilio gratiæ, cognoſci non poßunt Trac. 1. c. 8.

Cain.

Cain ſcelus ſuum agnoſcens dixit, Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Trac. 1. c. 51.
Cain quo affectu dixerit talia uerba. ibid.
Dei prouidentiam negaſſe, ueriſimile eſt ibi.
Cur de uenia obtinenda, diffiſus ſit 52.
Meritò de diffidentia culpandus. 58.
Cain uideur incuriſſe labem peccati in Spiritum ſanctum 76.
Poſt maledictionem pœnitere poterat. 95.

Comparatio.

Comparationes inter peccatum, & reliqua mala euitandæ. Trac. 2. c. 9.

Peri-

Periculoſæ ſunt.c.13.

Concilium.

Concilium, in his, quæ fidei & morum ſunt, errare non poteſt.Trac.1.c.1.

Conſcientia.

Conſcientia erronea hominem ligat.Trac.1.c.5.

Confeſſio.

Confiteri poſt peccatum, ſtatim non tenemur. Trac. 2.c.6.

Aſque exteriori confeſſione peccatum dimittitur, & quando.ibid.

Confeſſionem differre, aliquando laudabile.ibid.

Confiteri, quando tenemur.ibi.

Confiteri tenemur peccata, etiam ſi per contritionem fuerint remiſſa.7.

Per frequentem peccatorum confeſſionem, a tota pœna purgatorij, poterit aliquis liberari.17.

De eiſdem peccatis pluries confiteri, quomodo vtile, ibidem.

Contritio. Contritus.

Contritio eſt fundamentum pœnitentiæ.Trac.1.c.101.

Contritio, quid ſit.102.104.

Contritionis definitionis partes, declarantur. 103.

Contritio, & attritio, in quo conueniant.104.

Contritionis obiectum.105.

Contritionis, & attritionis differentia.ibid.

Contritus, timore filiali mouetur.106.

Contritio tantum Dei gratia habetur.107.

Peccatum ſecum non patitur.109 Trac.2.c.1. & 2.

Contritio, ſolo uoto ſacramenti, peccata remittit.108.

Contritio, emendationis propoſitum, includere debet.111.

Per

Per contritionem, culpa & pœna æterna deletur. Trac.2.c.2.
An legittima ſit, ignoratur. ibid. c.7.
Contritus dum abſoluitur, quid aſſequatur. ibid. c. 8.12. 15.16.19.27.
Per contritionem, ſtatim aſſequimur peccatorum remiſſionem. 34.36. & Trac 3.c.1.
Aliquando tota pœna remittitur c.97.
Contritio habet annexum uotum ſacramenti. Tract.1.c. 100.118 Trac.2.c.11.32.
Contritionis cauſa, confeſſio, & abſolutio, quomodo dicantur. Trac.2.c.32.
Contritionis perfectio diligenter inueſtiganda. Tract. 3.c.3.
Contritionis principium, quid ſit. ibid.
Indicium contritionis eſt, peccati optare dolorem. ibid. & 9.
Perfectio contritionis, in quo conſiſtat. 10.
Verè contritus quamlibet pœnam, potius quàm peccare eligere debet. 12.
Contritus, omnia peccata horrere debet. 14. & 23.
Contritio ſpecialis omnium peccatorum, quando neceſſaria. 15.
Verè contritus, totum cor Deo offert. 16.
Ad contritionis perfectionem, qui dolor ſufficiat. 18.
Vide plura, uerbo, Attritio.

Culpa.

Culpa deletur per contritionem Trac.1.c.108.
Et per abſolutionem etiam, cum pęna æterna. Trac. 2. c.4.5.9.
Plura Verb. Abſolutio. Contritio. Pœnitentia.

Dam-

Damnatio.

Damnationem ſuam nemini Deus reuelat. Trac.1. ca.
63.
Damnationis reuelatio, quomodo intelligenda. ibi.
Damnatio, ob unicum mortale peccatum incurritur. c.72.
Cauſa eius eſt liberum arbitrium. Tra.3.c.34.

Deus.

Deum peccato offendi, lumine naturæ cognoſci poteſt. Tract.1.c.7.
Nemini pœnitus gratiam ſubtrahit. c.8.9.& 95.
Gratiam efficacem, cur impijs ſubtrahit. 9.
Quantum eſt ex ſe, paratus eſt omnibus gratiam largiri, c.10. Tra.3 c.33.
Conqueri non poteſt homo, ſi gratia caret. c.10.
Quibus gratiam conferre ſit paratus. c.12.
Dei motio non ſemper efficax. c.13.
Dei auxilium efficax, quid ſit. ibid.
Deum eſſe & remuneratorem naturali lumine cognoſcitur. c.16.19.92.
Deorum gentilium iniurias, ulciſcebatur. c.18.
Veram peccati diſplicentiam tribuit. 26.
Nemini quicquàm debet. c.27.
Principium naturæ, & gratiæ author, 29.
Lumen gratiæ omnibus offert. 31.
Deus facienti quod in ſe eſt per liberum arbitrium, non deerit. 35.& 36.
Præparanti ſe ad gratiam, dum ſibi offertur, eam denegare non debet. c.27.
Dei donum eſt, quòd quis gratiam acceptet. 38.

Ab

Ab aliquibus obicem remouet; non autem ab omnibus.c.39.
Non eſt perſonarum acceptor, ſi unum, non alterum iuſtificat.ibid.
Dei pietas infinita.c.50.
Dei prouidentiam negaſſe Cain, ueriſimile eſt.51.
De clementia Dei, numquàm diſſidendum.61.
Dei promiſſa ac comminationes, iuxta uitę noſtræ actiones mutantur.62.
Nemini damnationem ſuam reuelat. 63.
Si fieret, quomodo intelligenda.ibid.
Dei ſententia, quomodo mutetur.ibid.
Dei pietas erga nos quanta ſit, aperitur.85.
Deus plerumque nobis concedit; quæ ipſum rogare non audemus.ibid.
Dei pietas omnem numerum, & magnitudinem peccatorum ſuperat,90.
Dei pietas quauis noſtra culpa maior eſt.95.
Numquàm per Deum ſtat, ut homo conuerti non poſſit.ibid.
Deus quomodo peccato offenditur.110.
Dei legem ſpernere, quàm graue ſit.ibid.
Quàm ſit ſalutis noſtræ cupidus.112.
De eius clementia numquam diſſidendum.113.Trac.3.c.35.
Pronior eſt ad pietatem, quàm ad uindictam.Trac.2.c.2.Trac.3.c.5.
Deus, quomodo dicatur peccata remittere.22.
Dei amor, quando maximus dicitur.Trac.3.7.
Culpam remittere, quantum eſt ex ſe, paratus eſt.19.

Inii-

Inuitus peccatores punit.19.

Dei uoluntas, cauſam non habet.28.

Erga impios terribilis. 31.

Deus eſt cauſa ſalutis, liberum arbitrium cauſa damnationis.34.

Dolor.

Doloris intenſio ac continuatio, quid. Tract.3.c.3.

Dolor peccati duplex: ſenſitiuus, & intellectiuus. cap.5.

Dolor ſenſitiuus & intellectiuus, quid ſit.5.

Senſitiuus dolor ad perfectionem contritionis neceſſarius non eſt; ſed intellectiuus.6.

Dolor peccatorum, quòd debet eſſe maximus, quomodo intelligitur.7.

Quando maximus dicitur.7.

Dolore aliquo ſenſitiuo, uerè pœnitentem affici, ueriſimile eſt.8.

Dolor peccati, in uoluntate conſiſtit.ibid.

Dolor peccati, quantumcumque paruus, ad peccati remiſſionem ſufficit.9.

Dolorem peccati optare, bonum eſt. 9.

Cur magis externis malis, quam peccati dolore premimur.10.

Dolor ſenſitiuus laudatur.ibid.

Dolor generalis omnium peccatorum ſufficit ad ſalutem.14.

Dolor tum interior, tum exterior, quem contritus concipere deberet.17.

Dolor exterior, & ſi vtilis, non tamen neceſſarius eſt.18.

Dolor peccati, ex offenſa Dei naſci debet. Tract.2.c.

Par

Paruus dolor, ob Dei offenſam, quomodo ad perfectionem contritionis ſufficit. ibid.
Non quilibet peccati dolor, culpam delet. Tracta. 2. c. 35.

Eccleſia.

Eccleſia, in his, quæ fidei, & morum ſunt, errare non poteſt. Trac. 1. c. 1.
Eccleſia, ſolo ſacramenti uoto, arbitratur poſſe remiſſionem peccatorum aſſequi. c. 3.
Omnes peccatores recipit. c. 83.
Eccleſiæ claues, quid ſint. Trac. 2. c. 24.

Eſau.

Eſau pœnitentia, cur reiecta. Trac. 3. c. 22.

Facere.

Facere quod in ſe eſt, quid ſit. Trac. 1. c. 33.
Non poteſt homo, abſque auxilio gratiæ. ibid.
Facienti, quod in ſe eſt per liberum arbitrium, Deus non deerit. c. 35.
Nec gratiam ex ſua benignitate, illi Deus denegabit. c. 36.

Gentilis.

Gentiles peccatis Deos offendi putabant. Trac. 1. c. 18.
Erratorum ueniam precabantur. ibid.
Naturalis eorum pœnitentia oſtenditur. 19.
Plura bona moralia exequebantur. 21.
Plura. Liberum arbitrium. Pœnitentia.

Gratia.

Abſque auxilio gratiæ, nemo a peccato reſurgere poteſt. Trac. 1. c. 7.
Gratiæ nomen, quid importet. c. 8.
Gratia habitualis ſiue iuſtificans quid ſit. ibi.

Gratia

Gratia præueniens, quid ſit. ibid.
Gratia præueniens omnibus datur; non autem gratia iuſtificans. c. 9.
Gratiam nulli hominum pœnitus Deus ſubtrahit. ibid. & c. 94. 95.
Gratiam ſpecialem, cur impijs Deus ſubtrahit. ibid. & Tract. 3. c. 30.
Gratiam omnibus largiri; Deus quantum ex ſe eſt ſemper eſt paratus 10.
Si gratia aliquis caret, non poteſt de Deo conqueri. ibid. & c. 11.
Gratia quibus ſubtrahatur. c. 11. & 12.
Gratiæ impedimenta, quę ibid.
Gratia, cur omnibus petentibus non conferatur. c. 11.
Gratiam, quibus conferre Deus eſt paratus. 12.
Gratia, duplici ex cauſa quis caret. ibid.
Tantum nolentibus ſubtrahitur. ibid.
Gratia incitans, ſeu præueniens, ſola non ſufficit. 13.
Gratiæ obſtaculum, quomodo homo ponit. 14.
Gratiæ oblatæ non reſiſtere, Dei donum eſt. ibid.
Abſque gratia, nemo poteſt perfectè bonum uelle. 18.
Per gratiam concupiſcentia, totaliter non aufertur. c 23.
Gratia animam, non corpus perficit. ibid.
Abſque gratia nec uelle, nec exequi bonum meritorium poteſt. 24.
Nec poteſt ſe efficaciter ad eam recipiendam præparare. 25.
Cur pleriſque non conferatur. ibid.

Non

Non poteſt abſque ea a peccato quis reſurgere. 27.
Per ſolam gratiam, peccatorum remiſſio habetur. 29.
Sine ea, nemo uerè peccati dolere poteſt. ibid.
Origo gratiæ a Deo. 30.
Per ſeipſum eam aſſequi, nemo poteſt. ibid.
Omnibus à Deo offertur. 31.
Gratiæ, & meriti repugnantia. 32.
Quæ ad eius præparationem requirantur. 33.
Eius impedimentum eſt peccatum. 35.
Aſſenſum ei præſtare, ex ſeipſo nemo poteſt. 36.
Abſque gratia, non poteſt aliquem uerè peccati pœnitere. 39.
Hominis in gratia exiſtentis, actiones & paſſiones quodammodo Chriſti ſunt. 54.
Gratia deſtituti, facile in peccata cadunt. 91.
Aliter per baptiſmum, & aliter per pœnitentiæ ſacramentum confertur. 97.
Confertur in receptione ſacramentorum. Trac. 2. c. 8.
Cur aliquibus eam Deus non infundat. Tracta. 3. c. 30.
Gratia poſt peccatum, non omnibus datur. c. 33.
Gratię preuenientis auxilium, nulli denegatur. 33.
Plura uide, uer. Auxilium. Deus. Homo. Sacramentum.

Homo.

Homo per pœnitentiæ ſacramentum a peccato purgari poteſt. Tract. 1. c. 2.
Non poteſt de Deo conqueri, ſi caret gratia. c. 10.
Merito illi gratiæ defectus imputatur. c. 14.
Quomodo ponat gratiæ obſtaculum. ibid.
Per liberum arbitrium, aliqualiter pœnitere poteſt. c. 15. 19.

S   Per

Per ſolum generalem Dei concurſum, poteſt aliqua bona moralia efficere. 21.
Non tamen omnia.ibid.
Poteſt aliqua legis præcepta implere.ibid.
Poteſt iuſta operari.ibid.
Non tamen poteſt perfectè bonum uelle. 22.
Nec ſe ſufficienter ad gratiam præparare. 25.
Duo ſunt homini neceſſaria, ad hoc ut a peccato liberetur. 28.
Cur per ſeipſum bonum, ueluti malum exequi non poteſt. 30.
Solo aſſenſu peccatum committit.ibid.
Hominem facere, quod in ſe eſt, quid ſit. 33.
Plura homini præcipiuntur, quæ ſine Dei auxilio efficere non poteſt. 34.
Cur impotentia boni peragendi, ſibi imputetur ad culpam. 35.
Hominis eſt præparare cor, quomodo intelligitur. 37.
Liberè Dei motioni obſequitur.ibid.
Aſſenſum gratiæ preſtare non poteſt, niſi a Deo adiutus. 37. 38.
Per ſeipſum oblatæ gratiæ reſiſtere poteſt. 38.
Non tamen uerè peccati pœnitere. 39. 40.
Semper, cum Dei gratia, dum uiuit, pœnitere poteſt. 48.
Hominis, in gratia exiſtētis actiones & paſſiones, quodammodo Chriſti ſunt. 54.
Homo ob id a Deo amatur, quoniam Chriſti membrum eſt. 55.
Quodlibet hominis bonum, ac Chriſto capite pendet. 55.

Num-

Nunquàm per Deum ſtat, quin homo conuerti poſſit. 95.
Quid Deo reddere teneatur. 1 0.
Homo per peccatum ſcipſum lædit. ibid.
Plura. Vide Verb Auxilium. Contritio. Deus. Gratia. Peccatum. Pœnitentia. Sacramentum.

Hebræus.

Hebræi quidam, bis tantum uel ter peccata remitti putarunt. c. 45.

Impedimentum.

Impedimenta gratiæ, quæ. Tract. 1. c. 11.

Impœnitentia.

Impœnitentia eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. Trac. 1. c. 73.
Impęnitentia & animi obſtinatio, in quo differant. 76.
Impœnitentia eſt generalis etiam quædam conditio omnium peccatorum. c. 71.

Impoſſibile.

Impoſſibilia dicuntur, quæ raró fiunt. Trac. 1. c. 79.
Intenſio. Vide dolor.

Iudas proditor.

Iudas ſi uere de peccato pęnituiſſet, eius aſsequtus fuiſſet ueniam. Trac. 1. c. 60.
Iudas ex malitia peccauit. c. 81.
Plus ei deſperatio, quàm proditionis crimen obſuit. cap. 95.
Peccati ueniam obtinere poterat. ibid
Iudæ & D. Petri peccatum, diſcuttitur. Tracta. 5. c. 25.
peccati cognitionem deuenit. 26.

ſtauit Chriſtum uel nolle, ual non poſſe ſibi indulgere peccatum. 27.
Iudæ, cur auxilium Chriſtus non porrexit. 28.
Meritò Chriſti gratia deſtitutus. 29.
Iudas, Chriſtum magum putabat. ibid.
Peccatum in Spiritumſanctum incurrit. ibid.
Iudas cur ſit culpandus, ſi gratiam non recepit. 33.
Iudæ pœnitentia naturalis. Tra. 1. c. 19.

Iudæi.

Iudæi Chriſtum calumniantes, an peccatum in Spiritum ſanctum incurrerint, Trac. 1. c. 70.
Iudæorum, qui Chriſtum crucifixerunt peccatum, aliquibus remiſſum fuit. Trac. 1. c. 60.
Iudæorum peccatum, remiſſibile erat. 95.
Iudæorum pontifices, cur non pœnis affecti à Chriſto, uelut Iudas. Tract. 3. c. 31.

Iuſtificatio.

Ad iuſtificationem duo ſunt neceſſaria. Trac. 2. c. 36.
Iuſtificatio impij, quandoque paulatim, quandoque fit in inſtanti. ibid.

Lex.

Legem Dei ſpernere, quam graue ſit. Trac. 1. c. 110.
Lex naturæ, quid ſit. Trac. 1. c. 19.
Lex naturæ omnium legum parens. ibid.
Lex naturæ, cæleſtis à Tullio uocatur. ibid.
Diuinitus tradita hominibus aſſeritur. ibid.

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium ſine gratia non ſufficit ad ſalutem. Trac. 1. c. 7.
Per liberum arbitrium, poſſunt aliqua bona moralia effici. c. 19.

Per

Per liberum arbitrium nemo poteſt perfecte uelle. & exequi bonum. c. 22. 24.
Liberum arbitrium per ſeipſum ad peccandum ſufficit. c. 30.
Eſt damnationis cauſa Trac. 3. c. 34.
Per peccatum debilitatũ, non extinctũ fuit. Tra. 1. c. 21
Plura. uide, gratia. Homo. Penitentia.

Lucretia.

Lucretia Romana, uerè adultera dici non poteſt. Trac. 1. c. 82.

Lumen.

Lumine naturæ Deum peccatis offendi, cognoſci poteſt. Trac. 1. c. 7.
Aliqualiter hominem peccati pęnitere poteſt. ibid.
Duplex lumen dat Deus homini. c. 19.
Lumen naturæ quid ſit. c. 16.
Lumen ſupernaturale quid ſit. 19.
Lumen naturæ omnibus datur. ibid.
Lumen ſupernaturale, non omnibus datur. ibi.
Lumine naturali. peccatum contra legem Dei eſſe cognoſcitur. c. 17.
Eo cognoſcuntur tria principia, ſiue tres naturæ legis. 19.
Cognoſcitur Deus eſſe, & remunerator. 16. 19. 92.
Plura uide, Gratia. Homo. Peccatum.

Meritum.

Meritum congrui & condigni, quid ſit. Tra. 1. c. 32.
Meriti & gratiæ repugnatia. ibid.

Marcus.

M. Antonius Card. a Columna, uir Doctiſſimus. Tra. 1. c. 3.

Meritum hominis nullum, ante gratiam: 36.

Montanus.

Vide Verbo. Nouatus.

Natura.

Natura eſt principium ualde remotum ad gratiam conſequendam. Trac. 1. c. 36.

Plura. Vide Verbo. Lex. Lumen.

Nouatus.

Nouatus & Motanus hæretici pœnitentiam lapſis negabant. Trac. 1. c. 42.

Nouatus penitentiæ homicida. ibid.

Nouatus his, qui Chriſtum negaſſent penitentiam prorſus negabat. ibid.

Nouati opinio, reijcitur. c. 62.

Obex.

Obicem gratiæ ponere per ſeipſum homo poteſt. Tra. 1. c. 38.

Obex gratiæ quid ſit. Trac. 1. c. 11.

Obicem ad aliquibus Deus remouet, ab aliquibus uerò minimè. 39.

Ex Dei iuſtitia fit, ut ab aliquibus non remoueatur. ibidem.

Ex Dei clementia ab aliquibus remouetur. ibid.

Obſtinatio.

Obſtinatio mentis, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. Trac. 1. c. 73.

Inter cæteras ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. periculoſior eſt. 79.

Opera.

Opera aliqua bona moralia per ſeipſum homo efficere poteſt. Tract. 1. c. 21.

Opera per liberum arbitrium facta; non ſunt ſpernēda. c.40.

Aliqualiter ad gratiam diſponunt c.36.

Opera bona ea uerè ſunt, quæ in gratia fiunt, uel ad eam proximè diſponunt. c. 24.

Plura. Vide. Homo. Liberum arbitrium.

Oratio.

Orationum ſanctorum efficacia Tract.1.c.85.113.

Oratio Eſau, cur non fuerit exaudita. Trac.3.c.22.

Oratio Anthiochi, cur reiecta. 23.

Orationes multorum, cur non exaudiantur. Trac. 1.c.11. Trac.3.c.24.

D. Paulus.

D Paulus, ex ignorantia peccauit. Trac.1.c.81.

Peccatum.

Peccato Deus offenditur. Trac. 1.c.7.

Peccati pœnitere per liberum arbitrium, aliqualiter hominem poteſt. 15.19.

Peccati ſeruitus deſcribitur. 9.

Gratiæ impedimentum præſtat. c. 11.

Naturali lumine cognoſcitur. c.16.86.

Contra legem Dei æternam eſſe cognoſcitur. c. 17.

Quàm ſit lumine naturali euitandum. ibid.

Peccato Deos offendi, gentiles putabant. 18.

Peccati perfecta diſplicentia, a Deo tribuitur. 26.

A peccato, cur per nos reſurgere non poſſumus. 28.

Duo requiruntur ad hoc, ut a peccato quis reſurgere poſſit. ibid.

Peccati remiſſio, non poteſt haberi, niſi per gratiam. 29.

Peccati uerè dolere non poteſt, abſque gratia. 29.39.

Solo aſſenſu peccatum committitur. 30.
Peccati origo, a libero arbitrio. ibid.
Voluntarium eſt. 82.
Gratiæ impedimentum præſtat. 35.
Peccati dolor, per liberum arbitriū, non ſpernēdus. 40.
Peccati uerè pęnitere, non eſt in hominis facultate. ibi.
Peccatum per pœnitentiam expellitur. 41.
Peccata quædam prorſus irremiſſibilia, quidam opinati ſunt c. 43.
Peccatorum numerus, pœnitentiam inutilem non reddit. 46. 90.
Peccatum quodlibet, & quoties opus fuerit, per pęnitentiam remitti poteſt. 47. 60 70. 78. 85. 86.
Nullum eſt peccatum, cuius hominem pœnitere non poſſit. 48.
Peccatum quodlibet, per Dei potentiā deleri poteſt. 49.
Et etiam per Dei pietatem. 50.
Peccatum menſuram habet. ibid.
Peccatum Adæ, Chriſti fide deletum fuit. 58.
Peccatum Iudæorum. Vide. Iudæi.
Peccatum Iudæ. Vide Iudas.
Peccati remiſſionem poſt Chriſti abnegationem, aliqui adepti 62. 64.
Ob unicum peccatum mortale damnatio incurritur. 72.
Sex ex ſui natura hominē a peccato retrahere poſſunt. 75.
Sex ex ſui natura ex oppoſito obdurandi hominem in peccato, uim habent. 76.
Quodlibet peccatum mortale, Dei gratia hominem priuat. 80.
Peccatum altero peccato grauius. 81.

Pec-

Peccatum, quod ex malitia committitur, difficilius remittitur 80. 81.

Peccatum, non remittitur niſi per pœnitentiam 65.

Peccatum pluſquàm ſemel alicui dimiſſum, Scriptura non aperit. 86.

Peccatorum multitudo cauenda. 90.

Ob peccatorum multitudinem, aliquos paterna ſolicitudine, Deus deſerit. 91.

Peccati dolor, cur contritio dicatur. 102.

Dolendum de peccato, quia eo Deus offenditur. 104.

Peccato quomodo Deus offenditur. 110.

Peccatum non dicitur plenè remiſſum, dum remanet culpa perſoluenda. Trac. 2. *c.* 14.

Peccatum remittitur per cordis contritionem, cum ſacramenti uoto tamen. Trac. 2 *c* 1.

Et etiam per ſacerdotis abſolutionem. c. 18.

Peccatum ſuper omnia odio habere, quid. Tra. 3. 7.

Non quilibet peccati dolor, culpam delet. Tracta. 2. 35.

Peccati cognitio, abſque fide & ſpe, non ſufficit ad ſalutem. Trac. 3. *c.* 27.

Peccata contra Deum, grauiora ſunt peccatis, quæ contra proximos committuntur. Trac. 3. *c.* 21.

Peccata aliquibus non remittuntur, quoniam alicuius peccati complacentiam ſibi reſeruant. c 23.

Peccata ſpiritualia grauiora ſunt peccatis carnalibus. 25.

Peccatum in Spiritum ſanctum.

Quid ſit. Trac. 1. *c.* 68.

Cur irremiſſibile dicatur. 69.

Differentia inter hoc, & reliqua peccata. ibid.

Re-

Regulariter, numquàm remittitur. ibid.
Aliquando tamen remittitur. ibi.
Iudæi Chriſtum calumniantes, an plenè tale pecc atum incurrerint. c. 70.
A B. Aug. uocatur finalis impœnitentia. 71.
In morte tantum ucrè incurritur. ibid.
Cur uocatur finalis impenitentia. 72.
Non neceſſario præxigit alia peccata. ibid.
Quæ ſint talis peccati ſpecies. 73.
Cur dicantur talia peccata in Spir. ſan. 74.
Directè gratiæ Dei opponitur. 76.
Alia peccata, non ita Dei gratiæ obſiſtunt. 77.
Quomodo irremiſſibile dicatur. 79.
Cur difficilius cæteris peccatis remittitur. 80.
Cur ex malitia committi dicatur. 82.
Peccati deformitas in actu uoluntatis conſiſtit. ibid.
Quicumque mortaliter peccat, ex malitia peccat. 83.
Differentia inter hoc, & reliqua peccata. ibid.
In quo conſiſtit eius malitia. ibid.
In praua aliqua mentis malitia, ſoli Deo nota, conſiſtit. 84.
Per ſolam reuelationem ſciri poteſt, aliquem tale pecca catum, plenè incurriſſe.

Peccatorum pœnæ.

Peccatorum pœnas, aliquando Deus non uult ignoſcere. Trac. 1. c. 87. Tra. 3. c. 19.
Pœnæ grauitas, quæ culpę debetur. Tra. 1. c. 89.
In peccatorum pœnam, Deus aliquos in peccata ruere ſinit. Tract. 1. c. 92.
Impij Dei gratia deſtituuntur. Trac. 3. c. 30.
Peccatum eſt pœna peccati. ibid.

Pec-

Peccatorum occaſiones uitandæ. 103.
Pœnæ peccatorum a ſcriptura, peccata uocantur, & quare. Trac 2.c.13.14.
Pœna remanente, peccatum non dicitur plenè remiſſum. 14.
Penæ purgatorij grauitas. 16.
Per abſolutionem ualdè minuitur.ibid.
Pœna remittitur, tum ui actuum abſolutionis, tum ui actuum pęnitentis. 23.
Pro peccatorum pœnis ſe ſponte affligere, bonum eſt. Trac.1.c.88.
Pœnæ reatus quid ſit Trac. 1.c.110.

Pęnitentia.

Pœnitentiæ nomen, commune eſt penitentiæ quatenus uirtus eſt, & quatenus ſacramentum. Tracta. 1. c.6.
Penitentia ut uirtus, quid ſit. ibid.
Vt ſacramentum, per abſolutionem perficitur. ibi.
Eius perfectio, maximè incontritione aluatur. ibid.
Pœnitentia hominis per liberum arbitrium oſtenditur.
Talis pęnitentia ineſſicax. ibi.
Pœnitentia ſecunda tabula poſt nauragium. Tract. 1. c.96.
Pęnitentia bina facie ab antiquis depicta. 111.
Eius definitio ex B. Aug. ibi.
Spem ueniæ admittere debet. 112.
Temporis mora pœnitentia non differtur. Tract. 2. c. 34.36.
Pœnitentiæ decentia, ut neceſſaria, aliquando proponuntur. Trac. 3.c.17.

Vera

Vera, & perfecta pęnitentia, difficilis. ibid.
Sanctorum authoritates, quæ difficilem reconciliationem reddere uidentur, quomodo intelligendæ. 19.
Pęnitentia Eſau, & Anthiochi, cur reiecta. 22.
Pęnitentia hominis Dei gratia deſtituti, periculoſa. 27
Pænitere ſemper cur Dei auxilio, hominem poteſt. Tracta. 1. *c.* 95.
Vera pænitentia, omnia mala horret. Trac. 3. *c.* 23.

Prouidentia.

Prouidentia Dei, cuilibet tam boni, quàm mali menſuram præfixit. Trac. 1. *c.* 93.
Cain Dei prouidentiam negauit. Trac. 1. *c.* 51.

Prophetia.

Prophetia peccandi neceſſitatē nō imponit. Tra. 1. *c.* 95

Remiſſio.

Remittere peccatum, & abſoluere a peccato idem. Tra. 2. *c.* 8.
Plura. Verb. Deus. Sacerdos. Sacramentum.

Reconciliatio.

Adiuſtificationem quid requiritur. Trac. 1. *c.* 56.

Romanus Pontifex.

Vide Concilium Eccleſia.

Sacerdos.

Sacerdos, quid operatur, cum abſoluit, contritum. Tracta. 2. *c.* 8.
Quantum eſt ex ſe, ſemper abſoluit c. 9. 10.
Abſoluens effectiuè aliquid pęnę remittit. 16.
Quomodo peccata remittit.
Sicut ligandi ita quoq; ſoluendi ius habet. 23. 24. 26.
Tantum ſubditum abſoluere poteſt. 24.
Abſoluens non ſubditum, mortaliter peccat. 25.

Ab-

Abſolutio tunc nulla eſt.ibid.
Qomodo ligat & ſoluit.Tra.3.c.22.
Plura Vide.Ver Abſolutio.

Sacramentum.

Sacramenta operantur ut inſtrumenta Dei.Tra. 2.c.2.
Digne recipientibus gratiam, uel eius augumentum conferunt. c.4.
Efficiunt quod figurant.10.
Iuxta diſpoſitionem recipientium operantur.28.
A paſſione Chriſti uim habent.30.
Sacramentorum adminiſtratione, in peccati pœnam, aliqui carent.32.

Sacramentum pœnitentiæ.

Per ſacram.pœnit.Deo reconciliamur.Tra.1.c.2.
Eius partes,quæ c.98.
Eius effectus, qui ſit.100.
Eius uotum, quid ibid.
Culpam,& pœnam æternam delet.Trac.2.c.5.
Remittitur pars pœnæ temporalis.ibid.
Non remittitur tota,regulariter.97.
Remittitur culpa,ſicut per baptiſmum.c.9.
In remiſſionem peccatorum actualium inſtitutum. 10.
Quomodo per ipſum peccatum remittitur.22.
Tripliciter accedunt aliqui ad ſacramentum c 9.
Differentia inter ſacramenta baptiſmi,pœnitentiæ, & reliqua ſacramenta 10 25.Trac.3 c.1.

Satisfactio.

Satisfacere poſſumus pro peccatorum pœnis Tra.1.53.
Satisfactio quomodo æquiualet offenſæ.54.
Vnde habet infinitatem.ibid.
A Chriſti ſatisfactione uim habet.56

Quan-

Quandoque eſt maior offenſa.57.

Satisfactionis opera quæ.101.

Sententia.

Sententia Dei quomodo mutatur.Tract.1.c.63.

Sententia Petri, quomodo præcedit ſententiam Dei.Tr.2.c.11.

Tertullianus.

Tertullianus, ſemel tantum peccatum remitti poſſe putauit.Tracta.1 c.44.

Vnde erroris materiam ſumpſit.ibid.

Tribulatio.

Tribulationibus ad Deum conuertimur.Tra.1.c.94.

Votum.

Votum ſacramenti pœnitentiæ culpam delet.Trac.1.c.108.Trac.2.c.1.2.Trac.3.c.1.

Votum ſacramenti, quid.Trac.1.c.100.

Cur neceſſarium.Trac.2.c.9.

FINIS.

Menda grauiora, quę nullum, uel alienum ſenſum reddere poſſunt, ſic corrigito.

Fol.4.pag.2.uerſu.25.aditione. corrige. æditione.
Fol.6.p.1.uer.ult.interitus, cor. interius.
Fol.15.p.1.uer.17.agnoſcatur.cor. agnoſcat.
Fol.16.p.1.uer.2.peccat.cor. peccati.
Fol.17.p.2.uer.13.dementem. cor. clementem.
Fol.21.p.1.uer.24.trahentur,cor.traheretur.
Fol.23.p.2.ver.26.dono no.cor. dono nobis.
Fol.25.p.2.ver.11.peſſim.cor.paſſim.
Fol.47.p.1.ver.2.nulla di,cilior, cor.difficilior.
Fol.63.p.1.ver.4.ergo.cor.erga.
Fol.71.p.1.ver.14.noſtras.cor. noſtros.
Fol.82.p.2.ver.1.præmior.cor.pronior.
Fol.86.p.2.ver.18.qua.cor.quæ.
Fol.99.p.2.ver.20.commun ionem.cor.communionis.
Fol.120.p.1.ver.4.conferet.cor.conferret.

Cætera verò errata, puta litteras, ſeu ſillabas ſuperfluentes, vel deficientes, uel traſpoſitas, quæ uel nulla, uel imperfecta reddunt uerba, diligens Lector per ſe aduertere poterit; atque ad uerum, & legitimum reducere ſenſum.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Quaterniones.

VNEETIIS,

Apud Ioan. Baptiſtam Sommaſcum.

M D X C.

[illegible] gaudens statim recordatur [illegible]
[illegible] breuer.

Deo [illegible] vivendo ne vicii negocii delici
[illegible] [illegible] orare pro populo
in quantum non exaudit[illegible]
[illegible].

1 1823563 1

27

140


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm